DE IEREMIA VERO HOC ADMONET LVTHERVS.

Historia temporis Jeremiæ ris, quando ultra quadraginta annos Jeremias predicauit contra idolatriam, qua ut ante, ita & post Iosiam regem Iuda feruebant illic omnia, donec deus coactus sit populum suum tradere in captiuitatem, quam Babyloniam merito uocamus. Quæ omnia predixit primum Jeremias, deinde & suis oculis aspexit & defleuit, Neq; solum sive gentis perditionem, sed etiam uincarum gentium & præterea Babylonis predixit, Nam ad hoc uocatus erat, dicente domino. Prophetam in gentibus dedit.

Valde itaq; incommodus propheta mundo uisus est, Iccirco multa patiebatur, id quod eius scripta declarabunt.

Amo Jeremiam. Quem prophetam etiam præterea ego amo, q; nihil humani ab eo uideo esse alienum, Nam in tentatione sepe peccat, et tamen neq; sanctitatem amittit, neq; officium suum deserit, sed strenue suam exequitur uocacionem. Hæc est gratia dei, ut qui gloriatur, in domino glorietur,

rietur, quemadmodum & ipse expertus nos admonet.
Rursum uero consolatur maxime populum suum de re-
ditu ex captiuitate post septuaginta annos:

De Regno uero Christi apertissime prædicit, id Regnum
quod tunc maxime necessarium erat propter pios, ne Christi.
propter peccata populi metuerent promissionem Dei
perire.

Quod autem quædam in Ieremia præter ordinem
dicuntur, hoc parum mouebit prudentem lectorem in
hisce vulgaribus homilijs & concionibus, ubi eadem sæ-
pe redeunt & repetuntur, maxime quæ uulgo sunt incul-
canda, Multo minus mouebit, q[uod] quandoq[ue] etiam ordo
historiæ non seruatur. Nam absq[ue] confusione aliqua facile
uidere licebit quid quo pertineat, quando etiam quid
quo tempore factum sit manifestis uerbis exprimatur.

Ordo sermo-
num In Iere.

Hoc uero etiam considerandum in hoc propheta
admonet Lutherus, q[uod] quo propior est uindicta Dei, tans Crescit con-
to magis apud impios crescit contemptus uerbi Dei & temptus peri-
prophetarum siue predicatorum, ut iuste pereant qui per turis.
rire debent, Ita factum est imminente diluvio, & postea
imminente captiuitate Babylonica, & fit nunc appetente
consumatione mundi. Lege que scribuntur de captiuitas
te Israelis, iiiij, Reg. xvij.

Hæc ferè summa est duarum præfationum, Operæ Prefationes.
precium autem mihi videor facturus, ut ex Germanico Lutheri.
ambas præfationes reddam latinas, in gratiam illorum
qui Germanice nesciunt.

B ij

Præfatio

PRÆFATIO DOCTORIS MARTINI LVTHERI IN OMNES PROPHETAS.

Scripta pro
phetarum

VIdetur rationi humanæ prophetarum scripta nunc nobis parum prodesse, maxime quando sapientus sunt utilia & lus siue sciolus aliquis de eis iudicat, qui ad unguem fas necessaria Ecclæsiæ Christi. Ecclæsiæ Christi. & abundantia spiritus sui hæc contemnit ut ociosa & uana uerba. Hoc idem accidit, q[uod] gesta & opera illa iam non adsunt, sed tantum uerba siue historia audiuntur. Neq[ue] uero hoc mirum est, siquidem & nunc uerbum dei contemnitur, etiamsi coram quotidie & perpetuo signa & opera, atq[ue] adeo & Regnum Christi, efficaciter & potenter ob oculos uersentur, quanto magis hæc contemnerentur si non amplius apparerent. Quemadmodum filii Israhel nihil erat deus & ipsius uerbum, quando tandem interim coram uidebant manna, columnam ignis & nubis, ordinatum a Deo sacerdotium & principatum &c.

Itaq[ue] nos, qui Christiani sumus, minime conuenit esse tales sciolos, turpes, fastidientes, ingratos, sed legamus prophetarum scripta, & utamur eis serio & cum fructu.

Pro Regno
Christi contra
scandala.

Primum enim prænunciant prophetæ & testificantur de Regno Christi, in quo nos nunc uiuimus, & omnes Christifideles hactenus uixerunt, & posthac credentes uicturi sunt usq[ue] in finem mundi. Si quidem hoc nos supra modum consolatur et confortat, q[uod] pro Christi ana.

ana uita nostra tam potentes & uetusissimos testes habemus, per quos Christiana fides nostra summam accipit consolationem, q̄ ipsa sit uera religio coram deo & ueris dei cultus, contra omnem aliam impiam, falsam, & humanae sanctitatem & iusticiam, contraq̄ sectas quascunq; que ualde scandalizant & offendunt pusillanime cor, per sanctam speciem & multitudinem hypocritarum, & per hoc q̄ fideles multo pauciores sub cruce laborant, quemadmodum hoc tempore nobis sectæ Turcarum, Papistarum & aliæ maximo offendiculo sunt.

Contra hæc scandala, prophetæ nos consolantur & confirmant, ut Petrus gloriatur 1. Pet. 1. dicens, De qua salute nostra exquisierunt & scrutati sunt prophetæ &c. quibus & illud reuelatum est, q̄ haud sibi ipsis, immo nobis ministrarent hæc quæ nūc sunt annunciatæ uobis &c. Nobis inquit, hæc ministrarunt, Sic enim sua prophetia seruierunt nobis, ut quisquis in Regno Christi esse uouuerit, sciat se multa pauperum antequam glorificetur, ut certo persuadeamus, magnam illam Regni Christi gloriam esse nostram, & haud dubie secuturam, ita tamen ut precedant crux, contemptus, miseria, ignominia, & omnis generis afflictiones, que sustineamus propter Christum ne per impatientiam aut infidelitatem diffidamus & desperemus de futura gloria, quæ tanta erit, ut etiam angeli desiderent eam intueri.

Deinde, prophetæ ostendunt nobis multa & perspicuum primum preceptum, cuia exempla & experientias de primo legis præceptum, quod scitissime exponunt & declarant & uerbis & exemplis, quo nos efficaciter urgeant ad timorem Dei & ad fidem, & in ea nos contineant. Nam præter hoc q̄ Christi Regnum prenunciant, reliqua omnia sunt tan-

tum exempla, descriptiones & historiæ, quemadmodum
deus suum primum præceptum serio & efficaciter con-
firmarit, ut prophetas legere uel audire, nihil aliud sit,
quam legere & audire quemadmodum Deus commine-
tur & consoletur, Comminatur deus impijs qui securi &
superbi contemptores sunt uerbi ipsius, ubi uero commis-
nando nihil proficit, percutit eos peste, fame, bello, donec
pereant, atq; ita uerificat comminationes quas commina-
tus est impenitentibus in primo suo præcepto. Consola-
tur uero pios & timentes deum, qui miris modis affligun-
tur, adhibetq; potenter & consilium & auxilium per ua-
ria signa & mirabilia facta, contra omnem Satanæ &
mundi potentiam, atq; ita uerificat etiam suas consolatio-
nes quas promisit in suo primo precepto.

*Consolatio
nobis contra
scandala &
contemptum.*

Hicce concionibus & exemplis rursum sancti pro-
phetæ commodant nobis abunde, ne scandalizemur, cum
uidemus impios secure & superbe contemnere Dei uer-
bum & dei comminationes, quasi essent nihil. In propheta-
tis enim uidemus quam nemo impune contempserit Dei
comminationes, siue tales etiam fuerint maximi Cœsares
& Reges, siue sanctissimi & doctissimi viri sub sole inter
homines, Rursum uidemus quam nemo unquam deres-
lictus sit, qui confisius est Dei consolationibus & pro-
missionibus, etiamsi fuerit omnium miserrimus peccator,
& sub sole contemptissimus, atq; adeo etiamsi fuerit alius
quis Habel occisus & Ionas in mari submersus. Propheta-
tæ namq; per hoc declarant, q; Deus ipse suum primum
præceptum serio seruat, vult enim clemens pater esse
affictorum & fidelium, etiam cum sunt miserrimi & con-
temptissimi, Contra uero iratus iudex contra impios &
contemptores, etiamsi sunt maximi, potentissimi, pruden-
tissimi,

tissimi, sanctissimi, siue Cæsar, Papa, Turca, siue diabolus ipse.

Propter hoc, sancti Prophetæ, nostro sæculo, sunt utiles nobis & necessarij ad legendum, ut talibus doctrinis & exemplis siue historijs confirmemur & consolatiō nem accipiamus, contra condemnati mundi ineffabile, innumerabile & (ut speramus) ultimum scandalum. Videmus enim quam plane pro Nihilo habeat Turca dominum nostrum Ihesum Christum, & Regnum eius, præ se & suo Mahometo. Quam omnino contemptum est apud nos & sub Papatu Euangelium & uerbum Dei præ gloria humanæ sanctitatis & traditionum humanarum? Quam secure incedunt Sectarij, Epicurei & alij, suis cogitationibus contra sacram scripturam? Quam sine freno & legibus in mero contemptu omnium uiuit quisq; secundum suam voluntatem contra reuelatam nunc ueritatem? Sic uiuitur, quasi neq; Deus, neq; Christus sit aliquid, et quasi primum preceptum non sit serium sed Deus sit mendax. Interim uero hoc constitutum est, Expecta, Expecta, inquam, Dispeream, si prophetæ mentiantur & decipiānt nos suis historijs & concionibus, iam olim multo potentiores & plures Reges, multoq; insaniores contemptores & nebulones funditus perierunt & extirpati sunt. Non effugient Dei manus etiam isti. Contra, iam olim multo miseriōres fuerunt, quos cum gloria deus liberauit, Nos etiam non deseremur. Non sunt pri mi contemptores, qui nunc ferociunt, superbunt & misnantur mala, Neq; nos primis sumus contempti & afflicti, qui nunc patimur & in mundo pressuram habemus.

Igitur ad hæc utamur prophetarum scriptis, & fieri, ut maximo fructu ea legamus.

B iiii

Quod

Multe sunt
communio-
nes in proph-
etis.

Quod autem in prophetis plus comminationum & poenarum est quam consolationis & promissionis, in promptu causa est. Quia omnibus saeculis plures fuerunt impij quam pijs, ideoq; propter impios plus urgenda est predicatio legis quam promissionum, qui alioqui secuti sunt, & ad hoc intenti, ut Dei promissiones et consolations sibi arrogant, comminations uero & poenas non ad se, sed ad alios pertinere arbitrentur, ita ut non sustineant se ab hoc suo peruerso sensu & falsa spe auerti illo modo. Nam (ut Paulus ait) hoc factant, Pax & securitas, Non ueniet super nos malum. In hoc perdurant, & usq; uadunt in perditionem, repentinus superueniet eis interitus.

Idolatria om-
nium tempo-
rum.

Traditus.

Praeterea, cum prophetæ maxime clament contra idolatriam, scire necessarium est quænam fuerit illa idolatria. Nam apud nos sub papatu multisib; suauiter blandiuntur, se non esse idolatas ut fuerunt filij Israel, Atq; non magni faciunt prophetas, maxime in hac parte, ut quorum increpatio contra idolatriam nihil ad ipsos pertineat. Sunt enim multo puriores & sanctiores quam ut idolatræ sunt. Et nimis ridiculum foret eis, si quod prophetæ cominantur idolatris, prædicetur ipsis esse timendum, quemadmodum & populus Israel faciebat, qui nullo modo credidit se idola colere, & prophetarum comminations pro mendacij habebat, ac sanctos uiros ut hereticos condemnabat.

Neg; vero tam stolidi Sancti erant filij Israel ut adorarent tantum ligna & lapides, in primis Reges, Princes, Sacerdotes & prophetæ, qui tamen pre alijs idolatræ erant, Verum haec erat eorum idolatria, q; relichto cultu dei, quem deus hierosolymis & ubi arca fæderis erat instituerat, excogitauerunt propria (ut vocant) deuotione sine

sine mandato dei, & instituerunt alibi meliorem cultum,
cum alijs modis, personis, temporibus, id quod Moses ipsi-
sis serio prohibuerat, maxime Deut. xij. mittens eos ad los,
cum a deo electum, ad tabernaculum et domum dei. Hæc
intentio eorum bona & falsa deuotio erat ipsorum idola-
tria, id quod sanctum eis uidebatur, & confidebant in
hoc quasi optime facto, cum tamen nihil aliud hoc esset
quam inobedientia & defectio a deo & eius mandato.

Hinc legimus iij. Reg. xij. q̄ Ieroboam non tantum
duos uitulos statuit, sed etiam iussit populo predicari,
Non ibitis posthac in Ierusalem, sed ecce Israel. Hic est
Deus tuus, qui te eduxit ex Agypto. Non dicit Ecce Is-
rael. Hic est uitulus, sed Hic est Deus tuus, qui te eduxit
ex Aegypto, fatetur ingenue Deum Israelis esse uerum
Deum qui eduxerit ipsos ex Aegypto, sed dicit non opus
esse ut curratur Hierosolymam ad eum, posse enim eum
inueniri in Dan & Berseba apud uitulos aureos, & posse
æque coram uitulis aureis atq; coram aliquo Dei signo,
Deo sacrificare & seruare, quemadmodum in Ierusalem
coram deaurata arca Deo sacrificabatur & seruiebatur.
Ecce, Hoc est cultum Dei in Ierusalem derelinquere, &
Deum qui talia instituit et mandauit negare, quasi ea non
mandasset. Atq; ita impij ædificabant super arenam, id est
super proprium opus suum & opinionem, & non super
Deum solum.

Hac sua bona intentione, & (ut uocant) deuotio-
ne, postea repleuerunt totum Regnum idolatrijs, in mon-
tibus & uallibus, sub arboribus, ædificabant altaria, sacri-
ficabant, & thura incendebant, quem tamen cultum Dei
Israel uocabant, contradicentes iudicabant hæretici &
pseudo prophetæ. Hoc enim proprie est erigere idolatrijs

C am, sine

am, sine Dei mandato ex consilio humano & bona (ut uocant) intentione Dei cultum suscipere. Non uult enim Deus a nobis excogitari & prescribi quemadmodum ipse colaitur, ne simus magistri qui Deum doceamus, sed ipse uult nos docere & nobis prescribere. Ipsius uerbum debet adesse nobis, quod nos & illuminet & ducat. Sine ipsius uerbo, quicquid singitur est idolatria, quantumcumque pium & speciosum uideatur. Qua de re alias saepe scripsimus.

Ex his sequitur, quod apud nos Christianos idolatræ sunt condemnati, Prophetarum comminationibus, quotquot nouos Dei cultus excogitauerunt, & quotquot eos adhuc seruant, sine Dei institutione & mandato, ex suo corde & bona (ut uocant) intentione. Per hoc enim suas conscientias statuunt super sua & a se electa opera, & non simpliciter super solum Ihesum Christum. Hi uocantur in Prophetis Adulteræ, quæ non contentæ suo marito Christo, post alienos, id est, adulteros currunt, quasi Christus solus non possit iuriare, sine nobis & nostro opere, aut quasi ipse solus non liberarit nos, sed nos quoque nostro opere nos liberare oporteat. Cum tamen sciamus, quam nihil cooperati simus, quando ipse pro nobis mortuus est, quando ipsa nostra peccata portauit, & in cruce expiauit, non solum antequam totus mundus hoc uel cogitare potuit, sed etiam antequam nos nascebamus, similiter atque filii Israel nihil ad hoc praestiterunt, quod Aegyptus & Pharao plagiis percussi sunt, & ipsi liberati per mortem primogenitorum Aegypti, quæ omnia certe Deus solus fecit sine opere eorum.

At dicunt, Suo cultu filii Israel seruierunt idolis & non Deo uero, Nos autem in nostris templis seruimus Deo uero & uni Domino Ihesu Christo. Nullum enim agnoscimus

agnoscimus Idolum. Respondeo. Idem & filij Israel dis-
ixerunt, nullus enim eorum non iactitabat omnem illum
Dei cultum fieri Deo uero, neq; ullo modo sustinebat
idolatriam uocari, aut eum cultum dici, quod exhibe-
tur Idolis, non magis quam nostri Papistæ sustinent hoc
de suo excogitato cultu dici. Atque ideo occidebant &
persequebantur ueros & sanctos Prophetas. Nullum
enim etiam ipsi idolum aut Deum alienum agnoscere
uolebant, id quod historiæ nobis apertissime testantur.

Sic enim legimus, Iudicum xvij. quod mater Mi-
cha, (vbi ipse mille & centum argenteos matri ablatos
reddiderat) dixit ad eum, Benedictus sit filius meus Do-
mino. Hoc argentum uouí Domino, quod acceptum a
me filius meus faciat conflatilem statuam etc, Hic audis
aperte, matrem dicere de Deo uero, cui illud argentum
se uouisse fatetur ut inde idolum fiat. Non enim dicit,
Ego uouí hoc argentum Deo alieno, sed Domino, quod
uerbum notum est omnibus Iudæis, quod Deum vnum
& uerum significat. Sic & Turca facit, suo Dei cultu De-
um uerum nominat et illi se seruire iactat, qui creauit cœ-
lum & terram. Sic etiam Iudæi, Tartari, & quotquot ho-
die sunt infideles, & tamen omnis ipsorum cultus est ni-
hil aliud quam idolatria.

Vide uero quam mirabiliter labatur & erret ma-
gnus ille Gideon, Iudicum viij. qui post uictoriā, dum
magna fide respondet filijs Israel, postulantibus ut ipse
& filij eius dominarentur ipsis, Neq; ego ero Dominus
uester, neq; filij mei, sed Dominus, id est, uerus Deus, sit
Dominus uester, tamen accipit inaures aureas sibi obla-
tas, & facit inde, non quidem idolum aut Altare, sed ue-
stitum sacerdotalem, uolens ex bona intentione etiam in
sua ciuitate cultum aliquem Dei habere. Hic dicit scri-
C ij ptura,

ptura, quod totus Israel in eo uestitu fornicatus est, & quod per hoc periret tota Domus sive familia & posteritas sancti Iudicis. Certe hic magnus & sanctus uir nequaquam idolum aut Deum alienum in animo habuit, sed uerum Deum, quemadmodum eius sancta et spiritu ple na uerba testantur. Non, inquit, dominabor uobis, neq; filij mei, sed Dominus dominabitur uobis, quo apertissime ipse gloriam dat soli Deo, & fatetur Deum uerum esse solum Deum & Dominum colendum.

Ita & supra diximus, quod Rex Ieroboam iij. Re xij. non nominat suos uitulos aureos idola, aut deos alienos, sed Deum Israel, qui ipsos eduxit ex Aegypto, qui haud dubie est unicus & uerus Deus. Non enim Idolū sive Deus aliquis alienus eduxerat ipsos ex Aegypto, neq; Rex constituerat adorare deos alienos, sed quando metuebat ne suis populus a se ad Regem Iuda deficeret, (ut habet historia) si Deus solum in Ierusalem coleretur, excogitauit proprium & nouum Dei cultum, quo retineret sibi populum, & tamen per hoc uerum Deum uolebat cultum, qui habitabat in Ierusalem, sentiens non esse necessarium, ubiq; præsentem Deum, tantum in Ierusalem colere.

Sed quid opus est multis? Deus ipse fatetur, quod filij Israel suo excogitato cultu, non Deum alienum constere uoluerunt, sed ipsum Deum uerum solum. Sic enim dicit Hosea iij. Tunc uocabis Me Maritus meus, & non uocabis me ultra Baal meus. Ego enim auferam ab ore eius nomina Baalim, ne sit talium nominum amplius mentio. Hic necesse est fateri, filios Israel suo cultu non uoluisse seruire dijs alienis, sed unico & uero Deo, quemadmodum Deus aperte dicit. Non uocabis Me ultra Baal meus, Baal tunc apud eos erat uulgatissimus & maximus Dei

mus Dei cultus, & tamen nihil erat nisi Idolatria, nec pro
fuit eis, quod ita uero Deo statuebant seruire.

Nihil ergo liberat nostros Papistas ab Idolatria,
quod dicunt se nullum Idolum colere in suis Templis,
sed tantum Deum, uerum Dominum, Siquidem ut au-
disti ex dictis, non satis est ut dicas aut cogites, Hoc fas-
cio ad gloriam Dei, Ita colo uerum Deum, Volo unico
Deo seruire, quando omnes idolatræ similiter dicunt &
sent iunt, Nihil est tua bona intentio aut opinio, Alioqui
illi etiam essent Dei cultores, qui Apostolos & Christum
occiderunt. Siquidem & ipsi (ut Christus ait Ioan. xvi) arbitrabantur per hoc obsequium se praestare Deo. Et
Paulus testimonium dat Iudeis quod zelum dei habent,
Et Acto. xxvi, dicit, quod ipsi colendo Deum die ac no-
ste, sperant se peruenturos ad promissam salutem. Sed
hoc quisque uideat, ut suus Dei cultus, sit Dei uerbo insti-
tutus & mandatus, & non excogitatus propria intentio-
ne & opinione, aut suscepitus ab hominibus.

Nam quisquis colit Deum, non habens Dei testi-
monium, scire debet, quod non Deo uero seruit, sed suo
a se excogitato Idolo, id est, sua opinioni & cogitationi,
& per hoc ipsi Diabolo patri mendaciorum, Neque du-
biu[m] est omnium Prophetarum uerba contra tales Ido-
latram dici. Talis namque Deus nusquam est, qui uelit si-
bi prescribi cultum Dei ex nostra electione & intentio-
ne cordis nostri, sine ipsius mandato & uerbo, sed est tan-
tum unus & uerus Deus, qui per uerbum suum abunde
instituit & mandauit uarios hominum status siue condi-
tiones, & Dei cultum uerum, quo sibi uult seruirri & se
coli, in hoc nobis perseverandum est, & neque ad dexteram,
neque ad sinistram ab eo declinandum, Non faciam⁹
plus nec minus, neque deteriora neque meliora, Alioqui

C iii idolatria

idolatriarum non erit neq; modus neq; finis, nec discrimen erit ueri cultus & idolatriæ, quando omnes sentiunt & iactant se uerum Deum colere, & gloriantur de nomine Dei. Sit unico & uero Deo gratiarumactio & gloria, per Iesum Christum filium ipsius & Dominum nostrum, perpetuo & in æternum, A M E N.

PRÆFATIO DOCTORIS MARTI- NIL VATHERI IN IERE- miam Prophetam.

VT Ieremiam Prophetam intelligas, non opus est longa interpretatione, modo scias historię *Historia regū.* am & que gesta sunt sub Regibus, quando ipse prædicauit. Qualia enim tunc gesta fuerunt in terris illis, tales sunt & omnes prædicationes.

Idolatria populi. Primum, illud Regnum erat plenum horrendis peccatis & Idolatria, Occidebant Prophetas, non sustinebant sua uitia et idolatrias uerbo Dei damnari, Ideoque prima pars libri plena est ferē increpationibus & querelis contra maliciam Iudeorum, usq; ad uigesimum caput:

Pœna. Secundo. Prædicit Propheta ipsis pœnam imminentem, nempe uastationem Ierusalem & totius Regni atq; captiuitatem Babyloniam, immo etiam uastationem & pœnam omnium Gentium, Simul tamen etiam consolatur & promittit, certo tempore, post pœnā hanc, liberationem & redditum populi in terram & in Ierusalem etc. Atq; hoc ipsum est precipuum in Ieremia, Ad hoc enim ipse est excitatus a Deo Propheta, quemadmodum uisio

Liberatio.

dum uisio in primo capite ostendit, de uigilante uirga &
olla feruente, quæ uenient ab Aquilone.

Hoc uero tum maxime necessarium erat, Quia enim tam horrenda plaga uentura erat super populum, ut misere laceratus abduceretur ex sua terra, pia corda, ut Daniel & multi alij desperassent de Deo, et Dei promissionibus, ut qui nihil aliud cogitare potuissent, quam se posthac nihil esse, sese pœnititus & omnes a Deo proiectos, Christumq; nunquam uenturum, Deum suas promissiones propter populi peccata retraxisse, nisi Ieremias adfuisset, qui uindictam & iram Dei ita prædixit uenaturam, ut non perpetuo manerent in captiuitate, sed post septuaginta annos, soluti redirent in gratiam Dei, Quia Dei promissione ipse Propheta etiam se ipsum consolatus est ut in fide persisteret, qui præter hoc, grauiissime tentatus & afflicctus est.

Ipse enim miserrimus Propheta fuit, pessimo tempore, periculosa prædicatione, ut qui supra quadraginta annos usq; ad captiuitatem Babyloniam, coactus sit dei uocatione, increpare & contendere contra pertinaces, non cum magno fructu, quiq; uiderit tanto sceleriores fieri homines, quanto ipse diutius prædicaret, siquidem perpetuo cogitabant eum interficere & affligeant miseras modis. Ad hæc, Ipse uiuebat & suis oculis uidit et defleuit uastationem terræ & captiuitatem populi, multamq; calamitatem & sanguinis effusionem, Vt nunc nō dicam labores eius, prædicationes, & afflictiones, quas postea a suis passus est in Aegypto, Lapidatum enim & occisum a Iudæis, aiunt, in Aegypto.

Tertio, Agit quod & alij Prophetæ, Prædicit de Christo & eius Regno, precipue in capite xxij. & xxxi., ubi apertissime de persona Christi, de Regno eius, de

C. iij nouo

Ieremias mi-
serimus.

de Christo.

nouo Testamento & de abolitione ueteris Testamenti
prænunciat.

Ordo in libro. Verum haec tria in hoc libro non sunt distincta suo
ordine, quemadmodum gesta sunt, sed aliquando que-
dam posterius narrantur que prius facta sunt, ut appare-
at Ieremiam per se se suos sermones non scripsisse, sed
notarium quempiam (ut Baruch) per partes exceperit
ex ore eius prædicantis aut alioqui dicentis. Id quod pre-
moneo, ne hoc legentem te moueat.

**Cum instat
perditio, ho-
mines sunt
deteriores.** Discimus uero ex Ieremia, præter alia, quod (ut fe-
rè fit) quanto diuina uindicta propior est, tanto peores
homines fiunt, & quanto magis eis prædicatur, tanto am-
plius contemnunt Deum & Dei uerbum, ita ut manife-
ste uideamus Deum permittere ut homines indurentur,
quando ulcisci uult, que est ira Dei, ut pereant absq; mi-
sericordia, qui nulla poenitenta iram Dei placare uolunt.
Sic factum est Sodomis, primum non solum contempse-
runt iustum Loth, sed etiam docentem afflixerunt, quan-
do in ianuis erat eis ultio Dei, ut deinde perirent. Cum
Pharaoni pereundum erat in mari rubro, duplo plus ue-
xabat filios Israel quam ante, Hierosolyma prius crucifixe-
runt filium Dei quam funditus interirent.

Sic & nunc fit ubiq;. Appropinquit finis mundi, &
tumultuantur & insanient homines contra Deum hor-
rendissime, blasphemant & condemnant Dei uerbum,
quod agnoscent esse Dei uerbum & ueritatem, nec mo-
uentur horrendis signis, que apparent in coelo & in om-
nibus ferè creaturis, quæ ipsiis terribiliter minantur. Ita
ut nostra tempora non meliora, sed deteriora sint quam
tempora Ieremie. Sed ita necesse fit, ut fiant securi et ca-
nant, Pax, Pax, Nihil mali nobis accidet, Oderunt et per-
sequuntur Dei uerbum & uoluntaten, comminationes
& signa

& signa contemnunt donec (ut Paulus ait) repentinus
eis superueniat intentus, antequam præsentire queant. In
terim nouit Christus quemadmodum suos conseruet,
propter quos suum uerbum reuelat & prædicat in hoc
horrendo tempore. Quemadmodum Danielem & alios
conseruauit uel in Babylone, propter quos Ieremias pro-
phetauit & docuit. Eadem Domino Christo sit laus &
gratiarum actio, cum Patre & Spíritu Sancto, unico Deo
super omnia benedicto in sæcula, Amen.

PHILIPPVS ME- LANTHON IN IEREMI- AM PROPHETAM.

ARgumentum complectitur multos grauissi-
mos & utilissimos locos, quorum præcipuos ual-
de prodest semper in conspectu habere, in tota lectione
Prophetæ.

PRIMVS LOCVS ET præcipua pars Argumenti.

Summa præcipua pars Argumenti est exemplum ser-
uatae Ecclesiæ, mirabili & nouo modo, in populo Iuda,
& promissionum mirabili modo et fide expectandarum,
non sicut iudicat humana ratio.

Quod enim exemplum seruatae Ecclesiæ nouum
sit, res ostendit, Superiores duces & Prophetæ seruauen-
tunt populum gloriolis uictorijs, ut Moses, Iosua, Sa-
muel, Dauid, Esaïas. Sed hic Ieremias seruat populum,
fripendo deditioinem, quæ uidebatur exitium populi.

D

Quomodo

Exemplum
quemadmodum
semper serue-
tur Ecclesia
Christi.

Quomodo enim sperari potuit reditus ex dissipatio
ne totius gentis? Aut quæ unquam gens dissipata, in ulla
historia, veteres sedes, post tam longum tempus recupe
rauit? Ac profecto recuperatio maius est miraculum
quam prima occupatio.

Deinde, quam difficile fuit suadere deditio[n]em,
cum post deditio[n]em Regis Ieconiae intercederent anni
undecim, usq[ue] ad obsidionem, Interea, qui manserunt res
liqui execrabantur prophetam, & dicebant eum errasse,
& esse impostorem & pseudoprophetam, Ipse tamen ma
net in sententia contra omnium iudicia, & contra illam
euentuum speciem.

Hæc quam sint difficultia, in tantis rebus, ubi Regis
num, patria, populus Dei, templum, cultus sunt in extre
mo discrimine, cogitari a prudentibus ut cunq[ue] possunt,
uerbis explicari non possunt.

De promissionibus.

Promissiones mirabiliter implentur. Maxime autem urgebatur Ieremias oppositis pro
missionibus, Non auferetur sceptrum de Iuda, donec uen
erit Siloh, Item, Hunc cultum, hoc templum mansurum
esse usq[ue] ad Messiam,

Hic Ieremias fuit opus spirituali sapientia, interpre
tante promissiones, Prestat eas Deus, sed non more cogi
tato a ratione humana, Dat Abrahæ posteritatem, sed
non more cogitato ab ipso, Ita seruat Deus hunc popu
lum & cultum, sed non ut cogitabat ratio humana. Prius
uniuersam gentem dissipat, templum funditus euerit, cul
tum abolet, et tamen reducto populo prestat promissio
nem.

Hæc discenda sunt, ut uerbum Dei omnibus euena
tibus, nostrisq[ue] consilijs et cogitationibus ante feramus.

Apostolis

Apostolis promissa est Ecclesiæ conseruatio, Ipsi ue
ro & auditores ipsorum trucidantur, et tamen propagaz
tur & magis magis florescit Ecclesia.

Ita & in omni uita cogitemus, promissiones mira
bili modo prestari.

Moses nequaquam cogitauit se quadraginta annis
in deserto uagatur esse. Quā multi interim desperauer
unt, & execrati sunt Mosen tanquam impostorem, sedis
tiosum & tyrannum, et tamen Deus tandem perfecit id
quod per Mosen inchoauerat.

Hoc exemplum diligenter obseruandum est, q
Deus promissiones prestat aliter quam humana ratio co
gitat, ut expectatione earum fidem exerceamus.

Secundus locus.

Huic interpretationi promissionum temporalium
de reductione, admiscentur etiam promissiones de Mes
sia, sicut alioqui constat, omnes temporales referendas
esse ad hanc de Messia. Quia est principalis, & est doctrina
de iusticia fidei, et de nouo ac perpetuo testamēto. Prae
dicat igitur Ieremias, ut omnes prophetæ, partim legem,
partim promissiones de iusticia promissa propter Messia
am, cuius nomen ponit, Deus Iustificator noster. Nam
hoc est potissimum officium prophetarum, deuenturo
Messia & eius beneficijs concionari.

De Messia.

Tertius locus.

Tota prophetia horrendum exemplum est poenæ ^{Poenæ idolatriæ, libidinū} impiorum pontificum, Regum, & omnium in Ecclesia
defendentium idolatriam, Item adulterorum & uiola
tionis Sabbati, id est, contempti ministerij sacri. Nam
haec peccata allegat Ieremias.

Ista

Dij

Ista est haud dubie imago postremi temporis in Ecclesia, Punietur orbis terrarum propter idolatriam, libidines, & contemptum ministerij Euangelij.

Quartus locus.

Ipsa persona prophetæ est egregium exemplum Ecclesia regi totius gubernationis Ecclesiae, & ministerij. Euangetur per infirmos, & ipsius Christi, quod uidelicet Ecclesia regatur, liberetur mos diuina per seruetur, non humana potentia sed diuina per infirmos tentia mirabiliter. Ideoque per infirmos res tantæ geruntur, & agnoscitur Dei præsentia, ut apud Paulum dicitur, Virtus mea in infirmitate tua perficitur.

Ieremias rem maximam gerit, & quæ superat omnia humana consilia. Suadet Regi & populo, ut faciant deditio[n]em, contra omnia superiora exempla magnorum ducum & Prophetarum, & hoc nouo modo ait futurū, ut seruentur Regnum, cultus et populis. Concionatur etiam contra impios cultus & alia scelera, Denique per ipsum seruantur populus.

Interim uero, qualis est eius persona? Annis quadragesima uagatur sicut erro, deridetur ut fatuus, includitur carceri, eximitur, rursus includitur, non facit subito miracula gloriosa, ut Esaias aut Elias, aut Eliseus, sed uidetur infirmus, cum per eum Deus res maximas gerat, & seruat electos.

Hoc exemplum nobis considerandum est, ut discamus, non nostra sapientia, nostris consilijs Ecclesiam regi posse, sed tantum diuinis, & ut nostras cruxes boni consulamus, nec desperemus propter potentiam aduersariorum.

Quintus locus.

Vtile

Vtile hic exemplum est, in quo discimus Ecclesiæ regimen dissimile else humano. In regimine humano verbum Dei plus ualent suffragia maioris partis. In Ecclesia plus ualens in uno homine let unus uir habens uerbum Dei, Ieremias contradicit ne preferentur Regibus, pontificibus, sacerdotibus & maiori parti potestatibus. puli, ac maxime nos hoc tempore confirmat contra iudicia Papæ, Episcoporum & totius ordinariæ potestatis.

Cum Papistæ clamant, nos dissentire ab Ecclesia, quia dissentimus a maiori parte & ordinaria potestate, intueamur Ieremiam, et ab ipso discamus, anteferendum esse mandatum Dei autoritatí Pontificum & Episcoporum.

Est quidem durum dissentire a legitima potestate, quæ se ornat promissionibus Dei, sed exemplum Ieremiæ ualde consolatur nos, quod est illustre. Nam hic Propheta accerrime aduersatus est suis Regibus et Pontificibus, non solum de migratione, sed etiam de cultib⁹, sicut & nos cum Pontificibus litigamus.

Sextus Locus.

Antea dictum est de mirabili conseruatione & Ieremias sustinet personam ecclesiæ et sensit passiones Christi, ut nū pij Doctores, In precibus Prophetæ quid attendet dum sit.

gubernatione Ecclesiæ. Nunc etiam consideretur, quam personam sustineat Propheta. Non solum docet, prædictit exitus, terret impios, consolatur pios, & regit eos suo consilio, sed etiam sustinet personam aliorum. Sæpe orat pro populo, item fungitur integrō munere sacerdotis. Et in his precibus sunt acerbissimæ querelæ & sensus ire Dei.

Hæ sunt Prophetice tentationes, in quibus degustant Prophetæ passiones Christi, quas etiam significant hi terrores. Ipsi enim agnoscunt iram Dei aduersus peccatum, sentiunt Deum horribiliter irasci idolatrię populi,

D iiiij li, audacie

li, audaciæ Hypocitarum, qui falsa docebant, & factitabant se Prophetas esse diuinitus missos, item in uniuersum prophano contemptui DEI. Deinde uident & susam immundiciem, metuunt se unâ abiçí cum populo, metuunt tantam esse iram, quæ absorbeat uniuersam Ecclesiam, ne reliquæ vllæ seruentur, Sicut in diluio, & conflagratione Sodomæ, in perditione Aegypti, postea in deletione Cananæorum. Hæc exempla habent Prophetæ ob oculos, & lugent ac clamitant, ne funditus deleatur Ecclesia, & ne ipsis unâ pereant, Hinc sunt hæ uoces capite x. Corripe me Domine, ueruntamen in iudicio & non in furore tuo, ne forte ad nihilum redigas me, Effunde indignationem tuam super gentes etc.

Ex his exemplis multa discimus, uidelicet dolore nos affici communi luctu pro peccatis populi, & simul agnoscere nostram immundiciem. Nunc quoq; grassantur peccata atrocissima, idolatriæ, blasphemiae, prophetæ opiniones & turpitudo omnis generis. Hæc non aspiciamus sine dolore, sine metu horrendæ iræ Dei, Cosgitemus impendere poenas, & Deum precemur ne funditus omnes pereamus.

Ecclesiæ cap. xxxi. stigatio. Est etiam doctrina consideranda in ipsa precatione: Oportet Ecclesiæ castigari, sicut hic dicit, Corripe, idem dicit Cap. xxxi. Castigasti me Domine, & eruditus sum quasi iuuenulus indomitus, Et hæ castigationes non sunt leues, sed uidentur significare prorsus nos abiectos & damnatos esse a Deo.

Consolatio. In hac tentatione consolatur Ecclesiam, & docet imponi castigationes, ut reuocemur ad poenitentiam, & non esse uoluntatem Dei ut pereamus. Ideo orat se corripi in iudicio, non in furore, ne penitus pereat, Item Cap. xxxi. Conturbata sunt uiscera mea super eum, miserans miserebor.

miserebor. Item Capit. xxix. Cogito super uos cogitationes pacis et non afflictionis, ut dem uobis, finem quem expectatis, & inuocabitis me, & ibitis & orabitis me, & ego exaudiam uos, quæretis me & inuenietis, cum querieritis me toto corde uestro, inueniar a uobis, ait Dominus.

Consideranda est igitur persona Prophetæ orantis, Considerandæ sunt & ipsæ precationes, quæ sunt plenæ doctrinæ de peccato, de ira Dei, de pœnis, de fide accipiendæ remissionis peccatorum, propter immutabilem promissionem deuenturo saluatorem.

Septimus locus.

In persona Prophetæ sunt et peculiares tentationes Peculiares tentationes. considerandæ, Quod mora euentus predicti prebet occasione hypocritis calumniandi prædictiones Ieremiæ. Suaserat Ieremias Ieconia & magnæ multitudini, ut discederent ultro in exilium, Postea cum ferè per decem annos urbs staret & mediocrem pacem haberet, sperabant multi nullum periculum reliquum esse, Hi qui manferant gratulabantur sibi suam constantiam, & deridebant eos, qui consilio Ieremiæ obtemperauerant, accusabant Ieremiam quod decepit populum, Et prodibant aliqui tanquam Prophetæ contra Ieremiam, ut Hannanias cap. xxvij. & alij cap. xxix. Et Reges & Princes assentiuntur adulatoribus bene pollicentibus, Ideo persequebantur Ieremiam.

In hac mora, non sine magno certamine, retinet fidem commendatae Prophetiae, ut cap. xx. Et dixi. Non recordabor eius, neq; loquar ultra in nomine eius, Hic penè succumbit dolori, ut uideatur defecturus, Sed rursum erigitur mox, inquiens, Dominus autem mecum

D. iij est, tan-

est, tanquam bellator fortis, ideo qui persequuntur me,
cadent & infirmi erunt.

Deinde rursus in eo ingens impatientia oritur,
ut quasi desperare & fremere aduersus uoluntatem dei
uideatur.

Hæc sunt singularia Sanctorum certamina, in quibus ipsi cernunt peccati magnitudinem in natura humana. Et conueniunt hæc cum Paulo, Roma. viij. & alibi, cum ait, Sibi datos esse cruciatus seu aculeum in carne, id est, ingentes paiores. Sed in his spiritus inenarrabili gemitu petit auxilium & eluctatur.

Octauius locus.

Certum uer=
bum Dei in illo
populo.

item cum cæteræ prædictiones de alijs Regnís euene-
rint, habemus testimonium firmum, quod doctrina hu-
ijs populi, tradita per Prophetas, sit uerbum Dei. Nulla
alia gens habet tales prædictiones de certo numero an-
norum, ut hic de septuaginta annis dicitur, Nec erat ex-
igua res populi reductio & totius politiae restitutio. Nec
ullum simile exemplum extat in toto mundo & omnib⁹
æstatibus. Nulla politia penitus deleta sic restituta est,
præsertim post tam longum tempus.

Ideo tota hæc historia est plena miraculorum ingen-
tium & operum Dei. Et ipsa Prophetia miraculum est,
quod testatur hanc doctrinam a Deo traditam esse.

Complectitur autem Propheta & totam Euangelij
doctrinam, ut cap. xxxi.

Statuamus Ie-
remiam nunc
nobis concio-
nari.

Nonus locus.

Videtur autem Propheta de tanta calamitate popu-
puli, etiam significare uastationes Ecclesiæ ultimis tem-
poribus,

poribus, Sicut Turci uastarunt Ecclesiás in Ásia et Græcia. Ut autem tunc uastata Iudæa, manserunt tamen reliquiae. Sic sciamus nunc quoq; mansuras else reliquias. Sed accident ingentes uastationes.

Ideo sicut Ieremias suis precibus mitigauit mala, ita & nos excitemus nos ad poenitentiam & inuocationem Dei, & nobis iam in præsenti periculo concionari Ieremiam statuimus, sicut uere concionatur nobis, præfertim hac ultima ætate.

Decimus locus.

Exempla memorabilia & hæc sunt, quod Propheta seruatur mirabiliter in tanta persecutione, Postea libera-
tur per Regem Babylonicum, is etiam donat ei aliquam partem populi. Ethi ab ipso seruati, postea eum interficiunt.

Hic est finis laborum ingentium, quos sustinuit per annos quadraginta, in hac admiranda uocatione, in qua Deus nouo & inusitato modo populum seruauit, uoce & ministerio Ieremie.

E

Sequitur

Mirabile ex-
emplum Iere-
mie.

SEQ VITVR IE^a

REMIAS PROPHETA CVM
EXPOSITIONE IOHAN-
NIS BVGENHAGII,
POMERANI.

CAPVT PRIMVM.



ERBA IEREMIÆ, FILII
Hilkiæ, qui erat de sacerdotibus
qui fuerunt in Anathoth, in terra
Benlamin, ad quem factum est
uerbum Domini in diebus Iosiaæ
filij Amon regis Iuda, decimoter-
tio anno regni eius, & præterea in diebus Ioiakim
regis Iuda, filij Iosiaæ, usque ad finem vndecimi
anni Zedekiæ filij Iosie, regis Iuda, usque ad trans-
migrationem Ierusalem in mense quinto,

Et factum est uerbum Domini ad me dicens,
Príusq; te formarem in utero, noui te, & antequā
exires de vulua, sanctificaui te, Prophetam popu-
lis dedi te.

Ego autem dixi, Ah Domine Deus, ecce non
ualeo predicare, quia adolescens sum, At Domi-
nus dixit ad me, Noli dicere, Adolescens sum, sed
ibis

IEREMIAE.

I.

ibis ad omnia quo mittam te, & prædicabis vniuersa quæcunque mandauero tibi. Ne timeas a facie eorum, quia ego tecum sum ut eruam te, dicit Dominus. Et extendens Dominus manum suam, tetigit os meum, & dixit ad me, Ecce, Ego do uerba mea in os tuum, Ecce, Ego constituo te hodie super populos et super regna, ut euellas, destruas, disperdas & dissipes, ut ædifices & plantes

Et factum est uerbū Domini ad me, dicens,
Quid tu uides Ieremia? Et dixi Baculum alacrem
ego uideo, Et dixit Dominus ad me, Bene uidisti,
quia Ego alacer ero ad uerbum meum, ut faciam
illud, Et factum est uerbum Domini secundo ad
me, dicens. Quid tu uides? Et dixi. Ollam ebullientem
ego uideo ab aquilone respicientem. Et dixit
Dominus ad me, Ab aquilone erumpet malum
super omnes habitatores terræ. Quia
ecce, Ego conuocabo omnes Principes regnorum
aquinonis, ait Dominus, ut ueniant, & pos-
nant unusquisque solium suum, in introitu portarum
Ierusalem, & ad omnes muros eius in circu-
itu, & ad uniuersas urbes Iuda. Et proferam iudicia
mea eis, contra omnem maliciam eorum, q[uod]
derelicto me incendunt thura dijs alienis, & adorant
opus manuum suarum.

E ij

Tu

CAPVT PRIMVM

Tu ergo accinge lumbos tuos , & surge, &
prædica eis omnia quæ ego præcipio tibi, Ne for-
mides a facie eorum, quasi Ego te terream a facie
ipsorum, Ego enim constituo te hodie ciuitatem
munitam, columnam ferream, & murum æneum,
in tota terra, contra reges Iuda, contra Principes
eius, contra sacerdotes eius, & contra omnem po-
pulum terræ. Et licet bellabunt contra te, tamen
non præualebunt tibi, quia ego tecum sum, ait Do-
minus, ut liberem te.

Et factum est uerbū Domini ad me, dicens,
Vade & clama in aures Ierusalem, dicens, Hęc di-
cit Dominus. Recordor qđ tu fueris suavis adole-
scētula et amata sponsa, quādo sequebaris me in
deserto, in terra quæ non seminatur, quando Isra-
el erat sanctificatus Domino, primiti frugum ei-
us. Quotquot uorare uolebant eum delinque-
bant, mala uenerunt super illos, dicit Dominus.

*Ratio de quibz
busdam pro
littere mutatis*

Principio quod ad versionem attinet, non
multum labore ut reddam rationem. Expositorem
ago, ideo studium meum eit, ut quam apertissime red-
dam Prophetæ sententiam, Vetus translatio, modo in
corrupta seruetur, mihi præ multis alijs latinis placet, ta-
men eius aliquid quandoq; non temere muto, ut magis
perspicua sit oratio.

Alicubi abstuli hebraismos, qui in hebræo sunt, &
pro ego

IEREMIAE.

II.

pro Ego dedi, Ego constitui, Quotquot uorabant &c.
posui, Ego do, Ego constituo, Quotquot uorare uolebant &c. Sic & illa, Incenderunt, adorauerunt, feci, Inscendunt thura dijs alienis & adorant opus manuum suarum. Hebraei enim uoce præteriti utuntur pro tempore præsenti, quam & in prophetis sæpe pro futuro positam reperies, Id quod nostri hebraei, id est apostoli & Euangelistæ etiam in aliena lingua hebratantes fecerunt, ut *Lus* cas facit Mariæ uirginem cantantem. Magnificat, nō Magnificauit, Moxq. Et exultauit pro Exultat. Ais. In Graeco est. Exultauit, Bene scio, sed hebraism⁹ est, & nihil pecas si sine hebraismo latine reddideris. Et exultat, quando hęc et non alia est ibi hui⁹ uerbi sententia, Nemo enim ibi potest intelligere uocē præteriti, Exultauit, q̄ Maria iam quando canit coram Elizabeth nō exultat in præsenti sed ante quādōq; exultauit et iam exultare desit, quis ita illuc desperet. Taceo de uerbis que sequuntur, fecit potentiam, dispersit, depositum, exaltauit &c. que dicuntur pro , facit, dispergit, deponit, exaltat siue facere solet, dispergere solet &c. Sunt enim generales sententiae, q̄ Deus ita perpetuo facere solet &c. At rursum ais, Ergo & Quia respexit humilitatem, Quia fecit, Sicut locutus est, &c. pro præsentibus accipienda sunt. Quasi uero dicamus, nunquam talia pro præteritis accipienda esse. Sed hæc discernenda sunt ex contextu orationis & sententia, quemadmodum apd' latinos in oratiōe discernimus casus monoptotorum & significationes æquiuocorum etc. Item num Magistri, in oratione, sit singular e uel plurale, nominatiui uel genitivi casus &c.

Non tamen abstuli ubiq; hebraismos, alioqui facilissimum mihi fuisset dicere, Ne timeas eos aut Ne timeas coram eis, pro Ne timeas a facie eorum, ut non dicam, q̄

E iij

hebraismi

CAPVT PRIMVM
hebraismi saepe aliquid significantius & magis erudite
exprimunt, quam latine sine hebraismo reddi possit.

Potuissem pro Sanctificauit te, latine dicere. Segregauit te, uel Elegit te, ut Lutherus transfert, autoritate etiā Pauli Gal. 1, qui eandem sententiam ita expressit. Qui me segregauit ab utero matris meæ, Et certe habuisse hīc non contemnendā mutandi causam, si indocti & impij monachi aliquius momenti apud me essent, qui altererunt tres in utero matris sanctificatos antequam nascerentur, Ieremiam, Iohannem Baptistam & Mariam matrem Christi, De Ieremia producebant ex hoc loco testimonium, De Iohanne Baptista nemo dubitat ex Lucæ, 1. Mariam uero sic sanctificatam dicebant, ut etiam absque peccato conceptam ex uiri semine alsererent, & cum pappa suo fecerent nobis inde articulum fidei & festum conceptionis Marie uirginis, ex nulla scriptura, tantum hoc argumento & mala consequentia. Si Ieremias & Iohannes Baptista sunt sanctificati in utero materno, multo magis est sanctificata in utero matris Dei mater, Non esset autem maior sanctificatio matris Dei quam illorum fuit, si ipsa sine originis peccato concepta non fuisset &c. Sed ego nihil sollicitus de istis insanijs, uolui hīc seruare phrasim & consuetudinem scripturæ, ut infra suo loco dicam.

Quandoq; etiam singularem numerum mutauit in plurali, ut apertior sit illius loci sententia, Consueuerūt enim prophetæ loqui de populo ut de uno homine, & sepe in foeminino genere, q; Deus uocat suum populum suam uxorem & suam sponsam, Ita inuenies hic quandoq;, Eorum, eos etc. pro eo quod in hebreis est Eius, Eum, &c. Quid queso peccat, qui psalmo quarto, Mirificauit Dominus

I E R E M I E.

III.

Domini sanctum suum transfert Sanctos suos, consuens lectori, ne alio rapiatur & cogitet ibi dici de aliquo sancto singulari, quemadmodum accidit omnibus fere qui illum psalmum interpretari uoluerunt. Ut nō dicam nunc q̄ alioqui apud hebræos, maxime in prophetis & psalmis, in eadem & una oratione subita mutatio est numeri & personæ, id quod turbat lectorem & rapit saepe in alienam sententiam, Pulchrum fuerit hoc ipsum nostra lingua imitari, ut assuefiamus ad phrasim scripturæ. At in quibusdam locis ubi periculum est ne lector non capiat quod dicitur, quid pecco si mutauero uerba ut clarius reddam quod propheta dicit?

In talibus igitur & in omnibus Lutheri Germanicam translationem secutus, nihil temere mutare, sed consulere lectori uolui. Non in video facientibus meliora Nam ego libenter soleo uti aliorum bonis laboribus cum gratiarum actione,

VERBA Ieremiæ.

Titulo & inscriptione incipit Ieremias librum suum, more aliorum prophetarum, ut subaudias. Verba Ies De titulo remiæ sunt hæc, sicut & Mattheus incipit suum librum. Liber generationis &c. Addit uero Ieremias patris, genesis & loci siue patriæ nomen, ne alias Ieremias fuisse putetur. Non dubium est, quin plures tunc Ieremiæ fuerint, sicut apud nos sunt multi Iohannes, Petri &c. Ieremia interprætatur Sublimitas Domini, uel exaltans Dominum quæ appellatio non uana fuit huc prophetæ. Siquidem ipse sua prædicatione exaltauit & laudauit Deum & condemnauit errores, idolatriam, & impios cultus.

Quidam ex nostris olim suis libris non addiderunt sua nomina, aut timore aliquo, aut hac uana superstitione

CAPVT PRIMVM.

tione ne uiderentur quærere gloriam suam, Vnde factum est, ut postea tales librī nobis (qui sine iudicio eramus) obtruderentur nomine Augustini, nomine Ambrosij aut aliorum, Ergo illi quibus autoritatem dedit in Ecclesia Deus, & qui apud sanctos, id est, fideles Christianos in sua uocatione bonum testimonium habent, q̄ potentes sunt in uerbo Dei, & synceri in tractatione scripturarum, debent suis librī ascribere sua nomina, ut posteritas uideat quid docuerimus, & quomodo per nostram doctrinā Deus seruarit suam Ecclesiam, & ex nostra doctrinā iudicet alia scripta quae forte sub nostro nomine obtrudentur, ne dicamur docuisse quae damnaūmus, Hoc non est quærere nostram gloriam, Non enim nos prædicamus sed Deum, sed est fateri donum & ministerium quod Deus dedit & mandauit nobis ad gloriam nominis sui.

Verba.

Verba, potuissem transferre, facta uel gesta siue Acta, sicut Lutherus, quando hebreā dictio Dabar, utrumq; significat & uerbum & factum uel rem gestam, sed quando utrumq; hoc loco conuenire potuit, nolui statim in principio offendere lectorem, ueteri translationi assuetum. Hinc Lucas sic hebraizat, pastores dicebant ad inuisitatem. Transeamus usq; Bethlehem, & uideamus hoc uerbum quod factum est, quod Dominus fecit, & ostendit nobis.

In Anathoth
persona Pro-
phetæ.

ANAthoth ciuitas sacerdotalis est in sorte tribus Benjamin, Iosuæ xxii. Salomon profert sententiam (iij. Reg. ii.) contra Abiathar pontificem, Vade in Anathoth ad agrum tuum &c. ut uideas Ieremiam ex ijs sacerdotibus fuisse, qui indigni iudicabantur sacerdotali officio, qui ideo agrum suum exercebant, ut uictū haberent.
Despecta

IEREMIAE.

III.

Despecta eligit Deus ut gloriofa confundat, i. Cor. 1. Et forte hic Hilkia est ille pontifex Iosie Regis, de quo legis iiiij. Reg. xxij. Nam Rex optimum quemq; sibi asciuit post idolatriam patris sui & aui sui, & pessimum quemq; abiecit a sancto ministerio.

IN Diebus Iosie. Ergo Iuuenis cepit pre= Historie le= gende de tem= pore Prophe= ta.
dicare, & prædicauit ultra quadraginta annos, bone Dei
us quanto dolore animi, laboribus, temptationibus, ut uis debis in hoc libro, & dictum est in præfatione. Ut igitur intelligas hunc prophetam, lege horum Regum historias, iiiij. Regum xxij. usq; ad finem libri, & ij. Para. xxxiiij. usq; ad finem libri, Cognita enim historia, cognosces de quo Ieremias cōcionatur. De Ioiakim, infra leges, c. xxv. De mense quinto, iiiij. Reg. xxv.

Hactenus de persona prædicatoris siue prophetæ dixit, & de tempore prædicationis eius, quod fuit periculisissimum, quia præter impietatem regum post Iosiam, Vocatio Prophetae.
sacerdotum & nobilium & populi, instabat & appetebat etiam captiuitas Babylonica & uaestatio omnium, Haec propheta uidere non potuit absq; summo dolore animi, & corporaliter uarie & miris modis per opprobria & afflictiones uexatus est ab impijs, donec eum optime meritum in Aegypto interficerent. Nunc sequitur de eius uocatione, qua uocatur a Deo ad munus prophes tandi.

PRIVSQVAM te formarem. Vocatio ut uocatus doceas recte.
Prophetæ describitur per totum hoc caput, & accipit mandatum a Deo quid debeat prophetare siue prædicare. Licet enim doctus sis & acceperis a Deo gratiam docendi & tractandi uerbum DEI & sacras scripturas, ta

F

men

CAPVT PRIMVM.

men duo requiruntur ut sis publicus doctor siue publice doceas populum, Primum, ut habeas uocationem, id est, sis uocatus a Deo, uel ab hominibus nomine Dei, ad prædicandum & docendum, Secundum, ut uocatus doceas sincere uerbum Dei, & nihil aliud, ne ordinaria potestate docendi, quam accepisti abutaris, ne solum gloriaris te esse uocatum, sed etiam agnoscas ad quid sis uocatus, Huc etiam pertinet, ne negligas officium tuum, aut uocatus ad dicendum ueritatem taceas, tuo honori, transquillitatibus aut commodo consulens, quemadmodum Esa, iæ. lvi. Impij prædicatores uocantur Speculatoræ cæci, & canes muti non ualentes latrare, Vtruncq; hic Ieremiæ mandatur, Vocatur ad prædicandum, & Dominus dicit, Quæcunq; mandauero tibi loqueris ad eos, quasi dicat, non alia loquaris, neq; hæc sileas.

In uocatione tua multa sustinebis aduersa, quia ueritas odium parit, ait Comicus, sed confide, Dominus tecum est, uidebis quandoq; fructum laborum tuorum, quemadmodum hic Dominus dicit Ieremiæ, Ne timeas, Ego tecum sum etc. Et certe Deus tunc per miserum & adflictum Ieremiam seruauit illam Ecclesiam, ne deficerent uel desperarent de Dei promissis, utcunq; peccatores iram Dei contra se prouocasset. Sine uocatione autem currebant, id est, docebant in varijs locis populum pseudoprophetæ, quemadmodum Dominus dicit Ieremiæ xxij. & Ego non mittebam eos etc, Ideo Dominus non adfuit eis, sed seducebant auditores sua doctrina & scripturarum peruersione. Siquidem & ipsi non aliud uideri uolebant, quam Doctores uerbi DEI, sed Dominus dicit, Peruertistis uerba Dei uiuentis, Domini exercituum, Dei nostri. Sic Phanatici spiritus docent suos errores

errores sub nomine uerbi DEI & scripturæ sanctæ, Pa-
pistæ gloriantur de sua uocatione, & Apostolorum (ut
dicunt) successione, sed aut non docent uentres pigri,
aut docent doctrinas Demoniorum (ut Paulus uocat)
humanas iusticias et uanos cultus, id est, Idolatrias, et ho-
stes sunt Christi, damnantes & persequentes Euangeli-
um Christi & doctrinam Apostolorum. Egregij scilicet
successores Apostolorum, potius sal infatuatus, qui nūc
(sit Christo gratia) electus conculcatur ab hominibus,
Quid attinet gloriari de uocatione DEI, & interim do-
cere & defendere astu, vi & armis doctrinas Demonio-
rum?

S A N C T I F I C A V I t e, Id est Segrega-
ui, separauit, elegi uel selegi te mihi, in usum meum, ad fu-
turum prophetandi officium, Sic & in Decalogo. Sab-
batum sanctificabis mihi, Exod. xiij. Sanctifica mihi om-
ne primogenitum, tam de hominib⁹, quam de iumentis:
Et de infidelibus gentilibus Mædis & Persis, quos De-
us elegerat ad iustandum Regnum Babylonis, dicit Do-
minus, Esaiæ, xiij. Ego mandaui sanctificatis meis, & uo-
caui fortis meos in ira mea, exultantes in gloria mea. Ita
& hic infra, Israel dicitur Sanctus Domino uel Sancti-
ficatus Domino, id est, oblatus Domino & suscepitus a
Domino, ut sit populus Dei, cultor DEI, quemadmodū
primogenita sanctificabantur Domino, & quemadmo-
dum primitiæ frugum sanctificabantur Domino, quem
admodum addit, Israel educitus ex Aegypto erat primi-
tiæ frugum eius, id est, Dominus habebat ita sibi tunc
sanctificatum Israelem, ut Israel esset delitiæ eius, uel ha-
beret Israelem in delitijs, ut primitias frugum præ reli-
quis frugibus, quas sibi iubet offerri & sanctificari.

CAPVT PRIMVM

Vbi uero Sanctificare in scripturis significet, segregare uel seligere Domino uel in usum Domini, a nostro vsu & commodo, ipsa oratio & contextus clarissime indicabit, quemadmodum produxi exempla, etiam de iumentis, de quibus sanctificationem spiritus ne somniare quidem licet, ut hoc loco, Dominus dicit, Sanctificaui te o Ieremia, quando nondum natus, in utero adhuc matris eras, Ad quid sanctificaui? Prophetam populis dedi te, id est, in hunc usum meum te elegi a puerō, quando hoc tu ignorabas, ut sis mihi Propheta ad populos. Iam olim a me electus es, ut sis mihi Propheta, ne nunc recuses, Sic & Paulus, Gala. 1, ut ante dixi, plane idem de se dicit, Deus segregauit me ab utero matris meæ, ut Ieremiam, et uocauit me per gratiam suam, ut Ieremiam, Ad quid? Ut, inquit, per me reuelaret filium suum, quem annuntias rem per Euangelium inter gentes, id est, ad hunc usum diuinum segregauit & selegit me sibi Deus a puerō, quādo ego hoc ignorabam (immo postea uir factus etiam execrabar blasphemus & persecutor Christianorum) ut essem in hoc tempore Apostolus & prædicator Christi. Ad hoc me creauit Deus, ut fierem prædicator Christi. Sicut ergo Paulus non fuit in utero matris spiritu sancto plenus, propterea quod dicit, Deus me segregauit ab utero matris meæ, Ita neq; Ieremias fuit in utero matris spiritu sancto plenus, propterea quod Deus ei dicit, Antequam exires ex utero matris, sanctificaui te, sed hisce uerbis quæ idem significant, ut erga Deo, cum adhuc in utero matris esset, electus dicitur ad sacrum uerbi ministerium. Quid ergo attinebat hanc sanctificationem alio trahere, quasi Propheta sit absq; peccato natus, ut Iohannes Baptista, ut supra diximus, cum hic satis exprimat, ad quid Ieremias sanctificatus sit, id est, segregatus Deo, nempe, ut sit Propheta etc.

Similiter

Similiter etiam in scripturis ipsa oratio & contextus
clarissime indicabit, ubi Sanctificare significet mundis-
ciam sive purificationem uel externam & corporalem,
uel internam & spiritualem. Exo. xix. Moses sanctificat
populum, ut lauent uestimenta sua, contineant ab uxori-
bus, & sint parati in tertium diem. Haec erat sanctificatio
externa. Quando autem Paulus dicit. 1. Corin. vi. Ablu-
ti estis, sanctificati estis, iustificati estis, per nomen Do-
mini Iesu, & per spiritum Dei nostri, quis dubitat de san-
ctificatione spirituali dici? Vtramque simul dicit de uir-
gine. 1. Corint. vii. Vt sit sancta & corpore & spiritu. Et
1. ad Tessa. v. Deus pacis sanctificet uos totos etc.

Hactenus de uocabulo diximus ex scriptura. Nunc placeat tibi
redeamus ad uocationem. Placeat tibi conditio quam uocatio,
nactus es secundum Deum, sciens, quod Deus tibi eam or Contentus
dinauit antequam nascereris. Et serui in ea bona conscientia esto præsen-
tentia ad gloriam Dei. Deus aderit tibi & enutriet te, quem tibus.
admodum in Psalmo scriptum est, Sicut sagittæ in manu
potentis, ita filij iuuentutis, uel filij iuuenes. Sicut miles
eiaculatur sagittas suas, alias alio, ita Deus curat etiam
pro filiis nostris, cum ad eam ætatem peruerenterint, ut es-
ligant sibi aliquod genus uitæ. Tunc enim Deus potens,
qui habet filios nostros, ut & nos, in sua manu, eiacula-
tur eos ad uarias conditiones, dicens, tu es futor, tu ru-
sticus, tu Doctor, tu consul, tu Prophetæ. 1. Corinth. vii.
Quisque maneat in ea uocatione qua uocatus est apud De-
um. Si autem contigerit tibi melior & dignior conditio,
& illam accipe seruiens in ea & secundum eam fideliter
Deo. Nam & illam tibi curat Deus, neque dubitare debes,
& hanc tibi dari a D E O, si rite uocatus fueris, id quod
Paulus illic addit. Si seruus uocatus es, non sit tibi curæ,
si autem potes liber fieri, magis utere. Infoeliciter omnia

F iii tentant.

CAPVT PRIMVM.

tentant, qui non sunt contenti praesentibus. Sanctum uero fuerit seruare hoc prouerbium, Spartam quam nactus es hanc exornare stude.

Gentes.

POPVLIS. Riserit aliquis quasi ineptiens tem me, q̄ pro Gentibus (ueteris translationis & omnium translatorum) uerti populis, & paulo post Super populos, pro super gentes, cum nihil necesse fuerit. Verum ego hoc non temere feci, Volui enim ita consultum lectori, contra illos qui ubiq̄ Goim sive gentes putant significare infideles gentiles, Constat enim Ieremiam, (licet prophetarit & scriperit contra uicinas iudaeis gentes) non esse a Deo missum ad gentiles, sed ad Iudaeos uel populos iudaeorum, apud quos & mansit, a quibus & occisus est, nisi forte dixeris hic iudaeos a Deo gentes appellatos, qui tunc ipsis gentibus erant gentiliores, id quod tibi per me licebit. Iudaei hodie maledicunt Goim, id est, gentibus, uideant hoc loco & se gentes Goim a Deo appellatos, ut periculum eis sit ne sibi ipsis maledicant & pessima quæq; imprecantur, Nos canimus cum Christo ex psalmis contra ipsos, Maledicent illi et tu benedices &c. Hæc & quædam alia, in hoc primo capite, de mea interpretatione, redditis rationibus, indicare uolui, Posthac his indicandis nolo lectori esse molestus, Boni consule dum consulo sententiae propter lectorem.

Predicare.

NON valeo prædicare. Recte vertit interpres noster, Nescio loqui, quia puer ego sum, Noli discere puer sum &c. Ego uero hoc loco, non tam uolui mutare uerba ueteris translatoris, quam interpretari alijs uerbis apud nos usitatis, quod ille ex Hebræo ad uerbum pene dixit, ne quis prophetam existimet fuisse infantem secundum

IEREMIAE.

VII.

secundum aetatem, quando uocatur a Deo, quemadmo^s
 dum uerba nobis sanare uidentur, Nescio, pro non pos-
 sum uel non ualeo dicitur, aut certe pro nondum licet mi-
 hi, Loqui autem, quis non uidet hic significare, publice lo-
 qui, quando propheta siue prædicator elegitur? Ut ergo
 ego hoc significarem, Lutherum secutus, feci Prædicare.
 Nam ut prædicare non sine addito dicatur latinis (ut pre-
 dicare laudes aliquid, prædicare bonas artes, prædicare
 Euangelium, prædicare uerbum Dei) tamen uulgatissi-
 mū nunc nobis est absolute accipere, prædicare pro con-
 cionari, & prædicatorem pro concionatore, Volui igitur
 usitato potius uti uerbo, ut hic ita & alibi sape, ut clarior
 esset oratio. Deinde Puer quod Naar est in hebræo, Ado-
 lessens reddidi, non ab aliā causam, quam ut sententiam
 indicarem, Significat enim propheta se adhuc nimium ius-
 uenem esse, qui prophetæ munus subire ut non possit, ita
 non debeat.

Nolo posthac, optime Lector, tibi molest⁹ esse hisce
 minutulis indicandis, Semel dico, Lutherū sequor, non ^{vitamur do-}
 temere, ut audisti, Accusant aliqui Lutherum & alios es-^{clorum uirorū}
 ruditissimos uiros, hebraicē doctos, & qui spiritu docti ^{sancitis labori-}
 norunt quid spiritus dicat in Prophetis, qui adfuerunt ^{bus, non ca-}
 Lutheri uersioni, Accusant inquam Lutherum de liber ^{lumniemur.}
 tate, quod liberrime quædam uertit, ubi secundum ipsos
 erat propter Rabinos superstitionissime hærendum, ut
 uel corruptos quosdam locos, aut uel obscuram habere-
 mus scripturam. Nos uicissim accusamus illorum uersi-
 ones, de obscuritate, ut non aliud dicam, ne uidear ingra-
 tus ipsorum pijs laboribus, quibus & ego cum gratia re-
 actione uti soleo, Suntant Lutherum Germanicē loqui, et
 clarissime. Sinant & nos latine loqui in multis locis ubi
 obscuritas uerborum tollenda est. Quisq^b suo dono qd^p

F iij

acepit

CAPVT PRIMVM

accepit a Deo, secundum suam uocationem seruat Ecclesiae Christi, absq; æmulatione, ad gloriam Dei, Nos aij, ut amur aliorum pijs laboribus cum gratiarum actio- ne, Ita tamen ut seruemus regulam Christianam. Omnia probate, quod bonū est tenete, Sed reuertamur ad rem.

Prædictor
idoneus.

Ieremias negat (ut Moses Exod. iij) se suscepturū officium, Tales præstantissimi sunt ad officium Dei, Paulus ait, Ad hæc quis idoneus? Et ij. Corin ij. fiduciam tales habemus per Christum ad Deum, non quod suffi- cientes simus ex nobis, tanquam ex nobis cogitare alijs quid, siue facere, sed sufficientia nostra ex DEO est, qui idoneos nos fecit ministros etc.

Si quis tamen bona conscientia per charitatem cu-
pit ac querit sanctas occasiones, ut fiat prædictor et do-
ctor Ecclesiae, ut prospicit multis ad salutem doctrina salu-
tari, non gloriæ aut uentris mancipium, recte, pie & Ch-
ristiane facit, ut Esaias, qui dixit ad Deum. Ecce ego, Do-
mine, mitte me, Et Paulus dicit. Qui Episcopatum desis-
derat, bonum opus desiderat. Sancte igitur & pro Eccle-
sia Dei, quam Christus acquisiuit sanguine suo, faciunt
qui multis laboribus & suo sumptu a pueris student hu-
manioribus & sacris literis ad hoc, ut si Deus uoluerit
prædicatores & Doctores Ecclesiae fieri, possint, Non
debent dubitare quin hæc uoluntas, defyderium ipsorum
& studia sint a Deo etc.

Inuenis &
Neophytus
non sunt idem

At aīs. Paulus uult Episcopum non neophytum.
Sed quid hoc ad Ieremiam? Ieremias non est neophytus,
id est, iam recens ex infidelis fidelis factus, sed ex sacerdo-
tibus sacerdos, per sanctum patrem sacerdotem uerbo
Dei & sacra scriptura a puero instructus, Sicut et Timo-
theus non est neophytus, cuius auia & mater fideles fu-
erant,

IEREMIAE.

VIII.

erant. ij. Timo. i. sed iuuenis, ab infantia tamen satis literis eruditus, propter fidem & egregia dona Dei, quibus a Deo donatus erat, eligitur & mittitur a Paulo ut sit Apostolus & predictor gentium. Quod iuuenis fuerit, testatur Paulus ei scribens, Nemo, inquit, adolescentiam tuam contemnat, iuuenilia desideria fuge. Neophytus & iuuenis non sunt idem. Neophytus primum debet, p^rb^ari, qua fide, qua constantia sit in persecutione, qua er^ratione, qua modestia, quibus moribus, antequam do^rc^tor siue pastor constituatur Ecclesiae, quemadmodum Paulus de Episcopo dicit, Oportet eum habere testimonium bonum etiam apud exterios, Et de Diaconis, Hi p^rbentur primum, & sic ministrant, Qua aetate uero sit Episcopus siue pastor nusquam prescribit Paulus aut alia scriptura, nisi quod Paulus indicat, id quod etiam ratio recte iudicat, quod inexperto iuueni, licet docto, non sunt committenda Ecclesiae Christi gubernacula, cum ait, Eligatur Episcopus siue constituatur (ut manifeste Tit. i. i. Timo. ij. dicitur.) qui est unius vxoris viri, qui filios habet subditos, & domui suae bene praest. His uerbis certe non nimis iuuenem depingit, aut inexpertum, non tentatum, ociosum etc.

Sed hisce regulis Ecclesiasticis & sanctis observationibus, ne Neophytus, & ne iuuenis eligatur, nihil prescribitur Deo, Deus Paulum mox a conuersione extrudit ad praedicandum, Et Ieremiam satis adhuc iuuenem facit Prophetam, utrumq^{ue} summe fœliciter. Atq^{ue} adeo, quis prohiberet Timotheos (si haberemus) ad publicum ministerium uocare?

IBIS & praedicabis. Vox futuri indicatiū aperiatque.
G pudhe^s

Futurum inde

CAPVT PRIMVM

quod Hebreos imperatiua etiam est, ut hic, Ibis & prædicabis, pro Ito & prædicato, Sic & alibi, Non habebis deos alienos, Non moechaberis, Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam, propter nomen tuum Domine uiuificabis me in equitate tua, Educes etc. Et quād quam ista hic imperatiue dicantur, tamen uocem futuri reliqui & non mutauit, tum quia hic hebraismus notissimus est, tum ut liberum relinquerem contentioso, qui forte contenderit hic futurum significari, hoc modo. Nē dicas, Puer sum, quia uiriliter ages, Ibis & prædicabis, perficies negotium meum etc.

Non aliud
prædicabis.

Ad omnia, inquit, quō mittam te ibis, nō ad alia, neq; hæc negliges. Et prædicabis uniuersa quæcumq; man-dauerō tibi, non alia, neq; horum aliquid omittes. Hæc pertinent ad alterum, de quo ante dixi, quod Propheta uocatus, non debet aliud prædicare quam quod ipsi mandatum est, ut fidelis legatus, de quo specialiter paulo post dicam.

Spiritu opus
est in officio
nostrō.

NE timeas. Trepidantem confortat Deus, Nam post Iosiam Regem p̄ijssimū multa passurus ē, re-gnantibus impijs, quin & ipse infra, cap. xxv, fatetur sese nihil promouisse apud impios etiam tempore Iosiae sanctissimi Regis, quia destinata erat ira Dei contra populum, ut dicitur iij. Regum xxiiij. Non perdurasset hic Propheta, nisi Deus sua manu, id est, spiritu sancto ipsū ita confortasset, adeo sibi s̄epe metuit, ut uidebis, Sed quid aliud potest homo etiam sanctus, in tam arduo negotio, persecutione & miseria? Infra legis. Constituo te ciuitatem munitam etc. Hic uidebatur Prophetæ, quod Dominus extensa manu tetigit os ipsius, ponens uerba sua in os ipsius, Nisi enim Dominus sua manu, id est, sp̄itu

IEREMIAE.

IX:

ritu, tradito nobis uerbo suo, nos animet & confortet,
non pugnabimus nostra doctrina contra portas infero-
rum & mundi impietatem.

VT euellas. Hæc iterum in genere dicuntur
quid Propheta sua prædicatione acturus sit. Hæc enim
faciunt omnes sancti prædicatores. Prædicatione pœni-
tentiaꝝ per legem extirpant, destruunt, disperdunt et dis-
sipant, errores hominum, falsas doctrinas, factos Dei cul-
tus, idolatrias, contemptum Dei, blasphemias, inobedi-
entiam, & alia scelera. Item minantur, impios, nisi resipi-
scant euellendos, destruendos, disperdendos et dissipan-
dos in æternum. Prædicatione uero remissionis peccato-
rum per Euangelium, ædificant & plantant, id est, resi-
piscientibus certo promittunt uitam æternam. Hæc sunt
mandata præparatoribus, lucæ vltimo. Oportet prædica-
ri pœnitentiam & remissionem peccatorum in nomine
Christi, in omnes gentes.

Præterea etiam Ieremias specialiter et singulari mo-
do destruit & ædificat sua Prophetia & prædicatione,
Euellit, destruit, disperdit, dissipat, quando prædicit exis-
tium Babylonicum, Regnum Iuda, templum & omnia
sacra usastatum iri per iram Dei, propter peccata Regum,
sacerdotum, nobilium, populi, Rursum ædificat & plan-
tat eos, ut fixis radicibus permaneant in terra sua, quan-
do prædicit redditum ex captiuitate post septuaginta an-
nos, ut reducti, possideant terram suam, donec compleat
Deus illuc omnes promissiones suas de Christo etc. Ita
magno spiritu & fortitudine siue potentia (cui tunc nul-
li Reges, aut exercitus pares erant, aut resistere potue-
runt) animauit Deus & confortauit suum Ieremiam, &
mirabiliter seruauit tunc suam Ecclesiam, impijs & con-

G ij temptoribus

CAPUT PRIMVM

temptoribus pereuntibus etc, quæ dicta sunt in prefatis
onibus.

Non gladio
sed predica-
tione.

Aduerte hoc loco, quod hæc dissipatio & ædificatio
Ieremias, non sit gladio aut manu, sed uerbis oris, quia
Dominus eum facit Prophetam siue prædicatorem &
doctorem populi, non Regem aut Iudicem, Et dat ei nō
gladium in manum, sed uerba sua in os, Nam tangit eius
os dicens, Ecce du uerba mea in os tuum etc, Sic de tri-
bus unctis Hael, Iehu & Elisa siue Eliseo legis iij. Reg.
xix, Quicunq; fugerit gladium Hael, occidet eum Ie-
hu, & quicunq; fugerit gladium Iehu, occidet eum Eli-
seus, Sed hic Eliseus ungitur ab Elia, ut sit Propheta, er-
go occidit uerbo, alij duo unguntur iuisu DEI ab Elia,
ut sint Reges, ergo occidunt gladio corporali, In Regno
Iuda Prophetæ plus sua doctrina & increpationibus &
exhortationibus gubernabant populum quam ipsi Re-
ges, ut uideas quam necessarij sint nobis eruditij, pijs &
modesti prædicatores, id quod Salomon sapientissimus,
ditissimus, potentissimus Rex, bene uidit & agnouit,
quando dixit, Cum cessauerit Prophetia, id est, prædica-
tio & tractatio uerbi DEI, dissipabitur populus, id est,
omnia feruent sectis & seditionibus, quid tunc faciet
Rex aut Princeps? Vide et historiam Salomonis, quam
diu permanens in uerbo Dei, dedit ei Deus summam pa-
cem, ubi uero defecit ad Idolatriam propter amorem mu-
lierum gentilium, suscitauit ei Deus aduersarios iij. Re.
xi. & post mortem eius scidit Deus Regnum, iij. Reg.
xij. Inde totum Regnum Israel cum suis regibus labora-
bat perpetua impietate, nisi quando Deus illis dedit Pro-
phetas, Dedit autem illis Deus duos insignes Prophetas
Eliam & Eliseum, qui gubernabant populum & Reges
ut cunq; impios, & conseruabant illuc Ecclesiam, cum
multitudo

IERMIAE.

X.

multitudo defecisset ad Idolatriam uitulorum aureorū
& cultuum Baal.

Seditiosi rusticorum prædicatores & Anabaptistæ Contra sedis
Monasterienses, ex his & similibus scripturis clamaue-
tiosos.
runt. Dictum est Ieremiæ, Ut euellas etc, ergo nos occi-
demus gladio & uastabimus quicquid nobis uisum fue-
rit. Sed uides phanatica illa fuisse, ut non dícam quod ne-
mo ex eis fuit Ieremias, Thomas Monetarius clamauit,
Gladius DEI & Gedeonis, sed ipse non fuit Gedeon,
multo minus Deus. Commentum Diaboli fuit, qui est
homicida ab initio, Ioan. viij. In uerbo Dei uide non
solum quid dicatur, sed etiam num & tibi dicatur, Alia
dicuntur Príncipi, alia prædicatori, alia Patrifamilias &c,
ne statim clamet, hoc dicitur, ergo ego faciam, Abrahæ
dictum est immola mihi filium tuum etc, Quod cum fa-
cerent postea impij, facti sunt homicidæ, non Dei culto-
res ut Abraham, Si quisdem non secundum uerbum Dei
fecerunt quod dictum est Abrahæ non ipsis, qui non
sunt Abraham, sed fecerunt contra hoc uerbum. Non
occides. Ideo in Psalmo canitur, Immolauerunt filios su-
os & filias suas Dæmonijs.

QVID tu uides? Ab hoc loco & in sequen-
tibus, quod Deus in genere dixerat Ieremiæ, Hoc iam Quid doceat
in specie mandat ei, nempe quæ prædicet, ut a Deo uo-
catus Propheta, nihil aliud prædicet quam quod ei man-
dat Deus, ut sit fidelis legatus, quemadmodum Paulus
dicit, De uirginibus præceptum Domini non habeo, ut
sim fidelis, id est, coelitatem, non possum præcipere, quem
si præciperem, non essem fidelis, non enim hoc facerem
ex uerbo Dei, qui mihi mandata dedit, quid doceam, Do-
ctrinæ Dæmoniorum prohibent nubere i, Timo. iiiij.

G iij Eorum

CAPVT PRIMVM

Eorum uero quæ docturus & Prophetaturus est Ieremias, ut uidebis per totum librum, hæc ferè sunt capita, Resipiscant a sua infidelitate, errore, Idolatria, uanis cultibus, blasphemijis, contemptu uerbi Dei, inobedientia, sceleribus, mendacijs, iniurijs, & reuertantur ad Dominum Deum toto corde suo, ne habeant deos alienos contra Primum præceptum, Et addit ex Primo præcepto, comminationes contra impenitentes, & promissiones penitentibus & resipiscientibus. Admonet ne deficiant a fide propter mala quæ passuri sunt per Babylonios, quæ certo eis uentura prædictis, & promittit reditum post septuaginta annos, & quod interim Deus fides uel in his malis seruaturus est, & pater ipsis futurus, sicut fuit patribus ipsorum, quos seruauit in Aegypto, in mari rubro, in deserto, quibus dedit terram Canaan, Nam de hisce beneficijs Dei haec tenus acceptis saepe admonet populum, ut ad beneficium patrem reuertantur nec ab eo deficiant, Prædicit etiam uicinas gentes hostes Iudæorum & tandem Babylonios quoq; uastandos, & post solitam captiuitatem, omnibus ædificatis et restitutis, uenturum eis ex semine Dauidis Christum salutem æternam, cuius Regni non erit finis. Hæc uidebis in libro Ieremiæ, Hæc ut prædicet & Prophetet, accipit mandata a Deo.

Baculus ala-
cer siue virga
vigilans.

BACVLVM alacrem. Plane idem dixit noster interpres, Virgam uigilantem, Et postea, Ego alacer ero, noster dixit, Ego uigilabo. Qui in hebræo nunc superstitiosius sua puncta (quæ tamen sciunt olim non fuisse) sequuntur, faciunt hoc loco Baculum amygdalinum, quemadmodum & olim Theodosio, teste Hieronymo. Sed si hoc placet ipsis, cur non postea faciunt etiam sic, Bene uidisti

IEREMIAE.

XI.

ne uidisti, quia Ego amygdalabor ad uerbum meum?
quando haec duo, scilicet uisio prophetæ, & interpretatio
Domini, sibi mutuo respondent. Verum cum ipsi non fa-
ciant aliam sententiam quam nos, nihil haec moramur.

Sicut a condito mundo Deus suam Ecclesiam uer-
bis & signis atq; sacramentis docuit, Ita & hic Ieremiam
signis & uerbis instruit, ut sciat quid debeat prædicare &
prophetare, nempe perituros iudeos cum suo Regno,
cum suis sacris & ciuitate Ierusalem, per Regem Babylo-
nis, qui infundet se cum exercitu, in terram, ab aquilonis
parte, rursumq; a Deo curandos &c. quæ diximus.

Baculus uidentur alacer, id est, paratus & gestiens ad
percutiendum quam primum, Idem significat Virga ui-
gilans, Iudicium DEI, quod ipse comminatur, non dor-
mit, sed temporis adest, quemadmodum ait. Ego alacer
ero, uel Ego uigilabo ad uerbum meum, ut faciam illud,
Interim impij securi aliter iudicant, & contemnunt Dei
uerbum, dicentes, Esa. xxviiij. Flagellum inundans, cum
transierit, non ueniet super nos, Et Psal. ix. Non moue-
bor, in generationem et generationem ero sine malo &c.

Ollam succensam uocat malum per Chaldæos & *olla ebulliens.*
Assyrios, principes (ut dicit) regnum aquilonis iudeis
paratum, in quo torqueantur, excoquantur, pereant, quæ
admodum Moses Deuteronomij. iiiij. seruitutem & op-
pressionem Aegyptiacam uocat fornacem ferream, unde
suis uiribus iudæi non potuerunt exire ubi certo pereun-
dum illis fuerat, nisi Deus eos ex illa seruitute Dura &
fornace ferrea liberasset.

AB AQVILONE. Queris, quando
Dominus loquitur de Babylone & Chaldæis, cur dicat,
G. iiiij. malum

Ab aquilone.

CAPVT PRIMVM

malum ab æquilone uenturum, cum Chaldaea hierosolymis potius ad orientem sita sit, Respondeo. Non solum Chaldaea fuit Babylonicum Regnum, sed etiam Assiria, quæ est Hierosolymis ad Aquilonem, Contentio quidem erat sæpe duorum Regum, & iam Chaldaeus, iam Assirius superior erat, sed percutso Assirio, iiiij. Reg. xix. Chaldaeus siue Babylonius monarcha omnia occupauit, quæ hic uocantur aquilonis Regna, & alia, Prima ergo monarchia in terris nunc Babyloniorum, siue Chaldeorum, nunc Assyriorum appellatur. Præterea fere omnes prophetæ Regem Babylonis ab aquilone damna illaturum describunt, respicientes non in situm Babylonis, sed partem regionis iudæis proximæ, qua se exercitus Babylonicus infundet in terras Iudeorum, Item cum dicunt Babylonum ab aquilone habitare, respiciunt non tam in Babylonem & Chaldaam, quam in Assiriam & reliquas terras ad aquilonem sitas, Regi Babylonio subiectas.

Sitis terra
rum illic.

Hoc ut intelligas, & cognoscas terrarum situs, de quibus prophetæ loquuntur, respectu Ierusalem siue Regni Iuda, sic habeto, quemadmodum & Pater Lutherus annotauit in Præfatione in Esaiam.

Ierusalem siue iudæa habet ad orientem mare mortuum, inde Moabitas & Ammonitas, Hinc Chaldaam, Hanc sequitur persia.

Ad Aquilonem Libanum, Hinc Damascum siue Syria Damascenam, inde uersus orientem Assyriam.

Ad Occidentem Philistæos iuxta mare magnum, inde iuxta idem mare uersus aquilonem Zidonem & Tyrum quæ contingunt Galilæam.

Ad Austrum Aegyptum, Aethiopes, Arabiam, Mare rubrum, Midianitas, Aegyptus facet ad austrum uersus occidentem.

Super

IEREMIAE.

XII.

SUPER omnes Hab. Valde proclives
 sunt quidam expositores, ut tales orationes exponant de ^{Non de toto} mundo.
 toto mundo, & deinde de extremo iudicio, cum tamen in
 prophetis tantum de illis terris intelligentur de quibus fit
 mentio, ut hic Super omnes habitatores terrę scilicet ius
 dæorum. Esa. xiiij. Visitabo super mala orbis, id est, totius
 Regni Babyloniorum &c.

ET PROFERAM. Culpam exprimit ^{Culpa.}
 Deus quare iudicaturus sit Iudaeos per Babylonios, quia
 inquit, meo uerbo contemptu cum nolunt audire meos
 prophetas, fingunt sibi alias doctrinas & cultus, quae ipsi
 tamen Dei uocant, sed sunt potius Deorum alienorum,
 quemadmodum Paulus mandata & traditiones hominum,
 que homines tradunt pro conscientijs, uocat doctrinas
 dæmoniorum. Timo. iiij. Sicut & nos hactenus res-
 licto uerbo DEI & ignorato Euangelio Christi, per do-
 ctrinas Antichristianas & factos cultus & ueras idolatri-
 as prouocauimus contra nos iram Dei, ut percussi simus
 furore, amentia et cæcitate, adorantes opus manuum no-
 strarum, id est, derelicta fide confidentes in operib⁹ et ex-
 cogitatis cultibus & religionibus nostris, ut dixi in Deus-
 teronomio. c. iiij. & v. Nunc autem quando per Euange-
 lium, id est, spiritu oris Christi, uix est nobis occisus Anti-
 Christianus papa, imminent statim ceruicibus nostris Tur-
 ca cum toto inferorum exercitu, Ita meruerunt peccata
 nostra & ingratitudo. Sed Deus pater qui per Christum
 Christiq; spiritum nos liberauit a Papistica abominatio- ^{Amen.}
 ne, etiam nos iberabit ab hoc Satanæ exercitu. Amen,
 Et certe ita uidetur Christus festinare ad diem extremum
 ut redimat nos ab omni malo in regnum suum æternum
 Amen. Scribo hæc Anno Domini M.D.xli. In Octobri.

H

Accinge

*Accingere
lumbos.*

CAPVT PRIMVM

ACCINGE lumbos tuos. Phrasis scri-
pturæ est, id est, Esto paratus ad currendum quo Ego te
mittere, & ad faciendum quæ Ego tibi mando, Inde sumus
ptum, q̄ illic serui non incedebant decurtatis uestibus ut
nostræ, Cum ergo uel iter ingredierentur, uel operis quippe
piam erant facturi, uestem longiorem, ut sit sustollebant
præcinctis lumbis, Sic in Euangelio Lucæ Christus dicit
nobis seruis, Sint lumbi uestri præcincti, & lucernæ ar-
dentes in manibus uestris, scilicet ut parati & uigilantes
expectetis dominum uestrum redeuntem a nuptijs, ut
præcurrentes in tenebris, deducatis eum domum, quo
commendatur nobis ut officia nostra uigilanter preste-
mus, quemadmodum etiam hic mandatur Ieremæ, Sic &
filij Israel iubentur in Aegypto edere agnum accinctis
lumbis, tenentes baculos in manibus, nimirum ut parati
sint ad egrediendum eadem nocte, Si queris allegoriam
Omnes secundum carnem ex lumbis (ut scriptura loqui-
tur) uenimus, Lumbos ergo præcingunt, qui carnem sus-
am cum uitj eius & concupiscentijs crucifigunt, Gal. v.
Et certe ex hac phrasit, facile in scripturis per adiuncta in-
telliges uel allegoriam uel translationem, ut 1. Pet. 1. Suc-
cincti lumbis metis uestrae, sobrij perfecte sperate in eam
quæ ad uos defertur gratiam, dum uobis patefit Christus
Iesus, tanquam filij obedientes, ut non accommodetis uos
pristinis concupiscentijs, quibus, dum adhuc ignoraretis
Christum agebamini, Ephe. vi, State igitur lumbis circu-
cinctis baltheo per ueritatem, Prouer. ult. de commoda
uxore, Accinxit, inquit, fortitudine lumbos suos & robo-
rauit brachium suum, Id est, strenue curat domestica ne-
gotia & commoda, In Psalmis Accingere gladuo tuo su-
per fœnir tuum o potentissime, Ad Hiob dicit Domi-

nus, Hiob

IEREMIAE,

XIII.

nus, Hiob. xxxvij. Accinge sicut uir lumbos tuos, Et ad-
dit exponens, Interrogabo te, & responde mihi, Id est, Es-
to paratus ut & me audias, & si libet, contendas tecum
iudicio, Hic Hiob terretur & uidet se esse nihil &c.

NE FORMIDES. Magna hæc est con-
solatio & fiducia uocati prædictoris, & in officio syncer-
e agentis. Per talem enim Deus operatur mirabilia, Ego
inquit tecum sum, mala tibi accident, sed Ego liberabo te,
Aduersarij nō per ualebunt aduersum te, Ego facio te ad
uersus illos ciuitatem munitam, quæ ut oppugnetur, tas-
men expugnari non potest, Columnam ferream, quæ de-
ijsi & frangi non potest, Murum æneum, quem perfringe-
re & perrumpere non poterūt omnes aduersarij tui, Talis
eris in tota terra Regni iuda. Qui autem non mittuntur
a Deo ad prædicandum, aut non docent sincere uerbum
Dei, utcunq; magni & inflatis sint, tandem nihil aliud sunt
quam sterci, Non enim est Dominus cum eis &c. Lege
infra infine xv. capit, & Ezechielis. ij.

Feci te iniurie
ctum.

QVASI Ego te terream. Huic utcunq; Ego non tem-
accedunt, qui transferunt, Ne forte timere te faciam, uel rebo te.
ne forte conterere te faciam, sed non uident sententiam
uerborum. Impij Reges, pontifices, sacerdotes, principes,
nobiles, populi, sub nomine Dei, uerbi Dei, & Ecclesiæ
terrere uolunt & damnare moliuntur sanctos prædicato-
res, quasi haereticos, Nos sumus, inquiunt, Ecclesia & po-
pulus Dei, nos habemus legem, habemus promissiones
Dei, habemus Regnum, sacerdotium, templum, altare, sa-
cra a Deo instituta, Deus dedit nobis has terras, Et tu
pseudo propheta, tu haeretice, tu blasphemæ, dicis hæc om-
nia uastanda, Contra Deum loqueris & contra sanctam

H. ij

Ecclesiam

CAPVT PRIMVM.

Ecclesiam Dei, Et ut aiunt infra cap. xvij. Venite, & cogitamus contra Ieremiam cogitationes sive consilia, Non enim peribit lex a sacerdote, neq; consilium a sapiente, nec sermo a propheta, Venite & percutiamus eum lingua, & non attendamus ad uniuersos sermones eius. Haec uoces certe metum incutunt sanctis prædicatoriis, quasi terrente Deo, sed Dominus dicit. Vade & annuncia quæ Ego tibi mando, non eris per hæc hæreticus aut facies contra conscientiam tuam, id est, contra me, contra sacra mea a me instituta, contra Ecclesiam, sed ita glorificabis me, & facia ut succumbant tibi omnes aduersarij tui, id est, ut alij credant & reuertantur ad me, alij uero pereant, Ego tecum sum ut liberem te.

Patheticum.

Sponsus.

Sponsa.

Prima fides.

I. Timo. 5.

RECORDOR. Ut se insinuet & attentes faciat auditores, iubet prophetam incipere pathetica oratione. Scriptura prophetica saepe solet loqui de Deo ut marito uel sponso, & de populo sive Ecclesia ut uxore uel sponsa. Id quod ualde uulgare est in prophetis. Ita hic loquitur Dominus, Paulus Eph. v. facit Ecclesiam sponsam, Christum sponsum etc. Adolescentulam charissimam uocat Dominus, quando primū assumpsit sibi populum, & separauit a reliquis populis ex Aegypto, ut est in historia Exodi. Vnde dixit Exodi, iiiij. filius meus primogenitus Israel. Et Exo. xix. Mea est omnis terra, & uos eritis mihi regnum sacerdotale & gens sancta, Ex quo loco Petrus repetit de Christianis. Ait itaq; sub imagine coniugij ad populum, Valde dilexi te, quando te primum assumpsi ut sponsam charissimam. Verus amor inter sponsum & sponsam maximus est, non paupertas, non aduersitas separat, Quando inquit, me sequebaris in deserto ubi nō erat neq; cibus neq; potus, ubi sustinebas tentationes uarias, ubi erat

IEREMIAE.

XIII.

ubi erat penuria omnium rerum, ubi non mea bona, quæ
uidebantur deesse, amabas, sed me sponsum & maritum
tuum, hic amor erat sincerus, tunc Israel erat sanctificatus
Domino, erat primitiae frugum Domini, erat Domi-
no insigne munus & sacrificium, oblatum, datum, spon-
satum Domino pre cunctis cognationibus totius mundi.
Lege, Deut, viij. Afflixit &c.

Primitias Domino oblatae siue sanctificatas & sepa-
ratas dicit Israelem, non q̄ ipsi Israelitæ primum ante om-
nes fuerint Ecclesia & populus Dei, habuit enim Deus
semper suos fideles a condito mundo, & ante diluvium
& post diluvium, Sed q̄ post diluvium, ubi defecerat san-
cta doctrina, & fere totus mund⁹ ad impietatem et igno-
rantiam Dei deflexerat, ipsos Israelitas, primum in pecu-
liarem populum assumpsit, ut hic dicit, Quando sequeba-
ris me in deserto &c. Tunc uocat Israelem primitias, quia
nos gentes tunc eramus post futuræ sacrificium, populus,
sponsa & Ecclesia Dei, Rom, xv. Dicit Paulus, Sacrificio
Euangelium Dei, ut fiat oblatio gentium acceptabilis,
sanctificata per spiritum sanctum. Eadem ratione Israel
uocatur primogenitus, propter nos gentes, quæ post Isra-
lem futuri eramus filij Dei, At uero Israel maxime uoca-
tur primogenit⁹ propter Christum ex Israele nasciturum.
Hic est primogenitus ex resurrectione mortuorum, pri-
mogenitus in multis fratribus Rom. viij. sub quo non est
differentia Iudæi & Græci, sed quotquot in ipsum credi-
mus sumus filij Dei, hæredes Regni æterni, Gal. iij.

*Israel primi-
tie Domino.
Primogeni-
tus.*

QVOTQVOT uorare, id est, nocere,
affligere, contaminare & perdere uolebant Israelem, de-
linquebant, id est, rei tenebantur, coram me damnati &
maledicti erant, & Ego uindicabam in illos, quemadmo-
dum

H iij

Zelotes Deus.

CAPVT PRIMVM

dum sequitur, Mala uenerunt super illos, Sic & in psalmo
Benedicam &c. Et qui oderunt iustum delinquent, Item
Et non delinquent omnes qui sperant in eum. Id est, qui
sperant siue credunt in Deum nullo reatu tenentur, ha-
bent remissionem peccatorum, non sunt damnati &c. He-
orationes sunt hebraismi, Quia hebraismo delictum siue
peccatum, significat reum quid & rem damnatam & ma-
ledictam, Hic declarat Deus se zelotem esse, quemadmo-
dum dicit in primo præcepto, qui curiosius obseruet suam
uxorem nec possit sustinere ut aliquis indignum quid ten-
tet contra eam. Prouer. vi. zelus & furor uiri non parcer
in die uindictæ, nec acquiescet cuiusquam precibus, nec
suscipiet pro redemptione dona plurima.

Prima fides,
pactum pri-
mum. I. Ti-
mo. 5.

HIVVS, inquit Deus, amoris primi non
possum obliuisci, Qui ergo fit, ut tu meretrix huius &
omnium meorum beneficiorum oblita sis, Tamen reuer-
tere, & Ego suscipiam te &c. ut tertio capite uidebis. Pau-
lus uocat primam fidem, secut⁹ prophetas qui ita loquun-
tur. Et est pactum primi præcepti, apud nos pactum ba-
ptismi, Ego sum Dominus Deus tuus, A quo auersi, iu-
bentur ad illud reuerti, Qui defecerunt a fide iubentur
ad eam reuerti, Haec est fides prima & pactum primum,
fides a sponsa sponso primum promissa & data, pactum
quod Deus sponsus primum fecit cum nobis sponsa sua:
Mulier per adulterium facit irritam fidem primam, facit
irritum pactum primum, Redit uero ad fidem primam et
pactum primum, quando uir neglecto iure suo & senten-
tia siue pœna legis, rursum ex mera gratia & amore reci-
pit eam, ut hic dicitur, Recordor q̄ tu fueris &c. Sic infra
Dominus in Ieremia cap. xxxi, loquitur de ueteri & no-
uo testamento, Ecce dies ueniunt, dicit Dominus, quan-
do faciam

IEREMIAE.

XV.

do faciam cum domo Israel & cum domo Iuda fædus,
non ut erat fædus quod pepigicūm patribus ipsorū quod
ip̄i non seruauerunt &c.

Verba Pauli de quibus loquimur sunt hæc i. Timo.
v. de uiduis Iunioribus non suscipiendis ut alantur ex bo-
nis Ecclesiæ, id est, quæ nondum sunt sexagenariæ, Iunio-
res, inquit, uiduas rejice, cum enim lasciuire cœperint ads-
uersus Christum, nubere uolunt, habentes condemnatio-
nem, q̄ primam fidem reiecerunt. Quam fidem illic dices-
ret Paulus, nisi fidem in Christum? ut non dicam, quam
aliam fidem diceret primam, nisi fidem in Christum, ante
quam fidem nulla est? & loquitur more prophetarum &
scripturæ, quæ ex lege coniugij uocat fidem primam, pa-
ctum primum, pactum primi precepti. Fides coniugalis in
desponsatione primum promissa est, pactum primum per
petuo seruandum, a qua fide prima & pacto primo, si des-
ficitur per adulterium uel reiectionem, non potest fieri
cum alio coniugium uel secunda fides aut pactum secun-
dum, sed simpliciter damnatio legis est, nisi redeatur per
reconciliationem ad primam fidem, ad pactum primum,
quemadmodum hic tertio capite dicitur. Tamen tu mere-
trix reuertere ad me &c. Sacramentum hoc magnum est
in Christo & Ecclesia Ephe.v.

Sic & ante nos uerbum Pauli intellexerunt fidem
primam esse fidem in Christum. Athanasius libro vi. de
Trinitate, Veh uobis, inquit, qui primam fidem baptis-
mi, coelitus institutam, irritam facitis. Vincentius Lyri-
ensis Gallus, qui uixit sub Theodosio & Valentiniano
Imperatoribus, sic scribit in libro contra omnium Hæ-
resium nouationes. Galatæ coaceruarunt sibi Magistros
ad sua desideria, a ueritate quidem auditum auertentes,
conuersi uero ad fabulas, habentes damnationem, quod

H iiii

Primam

CAPVT PRIMVM

primam fidem irritam fecissent, quos deceperant ij de quibus Romanis scribit, ut obseruetis eos qui dissensio-
nes etc. simul autem & ociosi discunt circumire domos,
uerbos, curiosi etc. Et paulo post. Etiam si nos aut Ange-
lus e coelo, etiam si Petrus aliud euangelizet, anathema
sit. Tremenda districtio, propter asserendam primæ fi-
dei tenacitatem, nec sibi nec ceteris Apostolis pepercis-
se. Non suffecerat, ad custodiam semel traditæ fidei, hu-
manæ conditionis commemorasse naturam, nisi Ange-
licam quoq; excellentiam comprehendisset, hactenus
Vicentius, Hieronymus in præfatione in Epistolam ad
Titum. Licet, inquit, non sint digni fide, qui primam fi-
dem irritam fecerunt, Marcionem loquor & Basiliudem
& omnes Hæreticos qui uetus laniant testamentum.

Vides illos Doctores primam fidem in Paulo intel-
lexisse fidem in Baptismo susceptam & pactum siue uo-
tum primi præcepti in Baptismo promissum, id quod
etiam Pauli contextus requirit. Cum, inquit, lasciare cœ-
perint aduersus Christum etc. Hæc certe infidelitas est
cum cooperint contemnere Euangelium salutis nostræ
saginatae in ocio ex alienis bonis. Nubere uolunt, id est,
querunt sibi uiros, apud gentiles, uel Iudeos uel apud
sectas pseudapostolorum, ut tum res erat, ad quos cir-
cumeuntes, garrulæ, loquuntur que non decet, id est, ob
loquuntur Christianis & doctrinæ fidei ut gratiam au-
cupentur apud eos, & dicunt se credere quicquid illi cre-
dunt quibus colloquuntur, ut dicatur prima fides, con-
tra omnes alias fides sectarum & Hæreticorum, quas po-
stea suscipiunt rejecta prima fide, quemadmodum Ga-
latæ per pseudapostolos fecerant, ut uides ex uerbis Do-
ctorum ante citatis.

Nubere

IEREMIAE.

XVI.

Nubere autem in Paulo non semper significat honestam coniunctionem maris & foeminae, Alioqui ipse non diceret t. Corin. vii. Nubat cui uelit mulier, tantum in Domino.

Et addit Paulus, Habentes condemnationem. Hoc proprio de infidelitate dicitur, secundum uerbum Christi. Qui non crediderit, condemnabitur, Manifestissimum uero est quod sequitur, Iam enim nonnullae deflexerunt, secutae Satanam, id est, defecerunt a fide Christi ad certam damnationem, siue a Christo ad Diabolum, Praeterea in eodem loco Paulus, cum saepe meminit fidei, nunquam tamen de alia fide quam Christi dicit, ut Si qua suis maxime familiaribus non prouidet, fidem abnegauit & est infidelis deterior, Cur hoc non idem est cum illo, Primam fidem irritam fecerunt quemadmodum argumentatur Epistola ad Hebreos, c. x. Irritam aliquis faciens legem Mosis, absq; misericordia sub duobus aut tribus testibus moritur, quanto putatis deterioribus affectetur supplicijs, qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, per quem fuerat sanctificatus, & spiritum gratiae blasphemauerit etc. Vide quid Paulus in secunda ad Timot. cap. iiiij. etiam de pseudapostolis dicat, Subeunt, inquit, in domos siue familias, et captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, que ducuntur uarijs concupiscentijs, semper discentes et nunquam ad ueritatis noticiam peruenientes, Per istas Eucas pseudapostolici serpentes possunt corrumpere Adam, id est, integras domos & familias. Quod hic Paulus dicit, Ociose discunt circumire domos, garrulæ, curiosæ, loquentes quæ non oportet. Erant (ut tum res habebat) illæ uiduæ ex gentibus & ex Iudæis etc, ad illos subinde recurrebant occulte obloquentes, Deflexerunt

I

enim

CAPVT PRIMVM

enim a prima fide, securæ Satanam etc. An non hæc omnia satis conuincunt, primam fidem, Paulo fidem in Christum else dictam &c.

CONFVTATIO ADVER-

sus votarios qui nunc Pauli
verbo abutuntur.

Verum vulgo exponunt nostri de perpetuis uotis Papisticis et monasticis, in primis de uoto cœlibatus, nō audeo dicere, castitatis, quam neq; curant, neq; seruant. Omnia alia sua uota, nescio quo loco habeant. Votum cœlibatus maxime urgent. Et quanto aliquis Doctor, apud Papistas, sacrificulus aliquis aut Monachus impudior & impudentior est, tanto magis, in hypocrisi loquens mendacium, secundum doctrinas Dæmoniorum *Ci. Timo. iiiij.* Iclamat, disputat, scribit pro suis uirginitatibus et castitatibus, id est, Sodomis et Gomorrhis, quorum insipientia nunc nota facta est omnibus hominib^z, quemadmodum Paulus prædixerat.

Faciunt hoc loco Paulum autorem doctrinæ Dæmoniorum prohibentium nubere, quam ipse ab hominatu, cum scripsit ad Timotheum, condemnauit antequam nasceretur, & quam propria Ecclesiæ pastores siue Episcopi, cum per Montanum & alios Hæreticos nasceretur, condemnarunt, scribentes & indignissime ferentes, quod Montanus prohiberet nuptias & statueret leges seculiorum, magna specie sanctitatis, que duo tamen apud nostros Papistas sunt maxima & uel sola sanctitas. *Lege Eusebium lib. v. Eccles. histo. cap. xvij.*

Sic igitur exponunt de uotis perpetuis. Cum luxuriantæ fuerint, nubere uolunt in Christo, Sic enim ferè omnes

omnes legunt & distinguunt, id quod uides aperte in Magistro sententiarum lib. iiij. distinct, xxxvij. Non disco, inquit, Nubunt, sed nubere uolunt in Christo, Quo modo quæso uolunt nubere in Christo, quæ habent damnationem quod a Christo defecerunt, ut et ipsi quemadmodum audies, interpretantur? Ut uideas quod etiam Pauli uerba deprauant. Paulus, inquit, dicit, Habent damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt, id est, ut exponunt, uotum perpetuum coelibatus, quod primum uouerunt non seruauerunt, uel, ut Augustinus dicit in lib. de sancta uirginitate, in eo quod primo uouerunt, non steterunt. Et habent condemnationem (sic exponunt) id est, sunt in æternum damnatae si nupserint, nisi relicto marito redeant ad prius propositum, ut maneat uiduæ. Et Hieronymus in libro contra Iouinianum, pro suo more satis audacter asserit. Si, inquit, hoc est dictum de viduis, quanto magis de uirginibus preualebit cum etiam his non liceat, quibus aliquando licuit. Uirgines enim quæ post consecrationem nupserint, non tam adulteræ sunt quam incestæ. Magister citat Innocentium Papam sic argumentantem. Si de omnibus hæc ratio custoditur, ut quæcumq; uiuente uiro alteri nupserit, ad ultra habeatur, nec ei agenda pœnitentiæ licentia conceditur, nisi unus de illis fuerit defunctus, quanto magis de illa tenenda est, quæ ante se immortali sponsio coniunxerat, & post hoc ad humanas nuptias transmigravit. Certe Innocenti, hoc non est. Nubere uolunt in Christo, sed esset potius, deficere a Christo uero marito (ut uos dicitis) ad adulterum. Hanc Hieronymi sententiam & Innocentij absurdissimam argumentationem Augustinus damnat in libro de bono uiduitatis, ut infra recitabo, quamvis enim Augustinus ista periculosa uota con-

CAPUT PRIMUM

firmare soleat, tamen reliquos laqueos, quos alij addiderunt, damnauit, ne secundum doctrinas Dæmoniorum, prohiberet nuptias ullis hominibus, ne illis quidem qui uouerunt uirginitatem aut uiduitatem, sentiens condemnationem fracti uoti, de quo putat Paulum loqui, esse damnabile peccatum, de quo liceat agere poenitentiam & precari ueniam a DEO, sicut de alijs peccatis, & non esse necessarium ut aliquis coniiciatur in carcerem, restringatur in Monasterium etc, que posterior ætas addidit, ne non satis essent confirmatæ doctrinæ Dæmoniorum. Distrahere uero coniuges propter uotum, hoc Augustinus summe abominatus est.

Magistrum sententiarum nemo non iudicat uirum bonum fuisse, qui suis laboribus consultum uoluit Ecclesie Christi, utinam uir ille tam sollicitus fuisset de uerbo Dei & sancta scriptura, quam fuit pro doctrinis & traditionibus hominum, que sibi dissident, conciliandis. In hac uero re, num fuerit functus officio boni uiri, tu iudicato, Citat primum pro uotis, Augustinum in libro de bono uiduitatis uel de sancta uiduitate, & quæ in eodem loco & contextu mox sequuntur, egregie dissimulans ne uidere quidem uult, atq; adeo uidens & legens se tamen ignorare simulat, Et producit nobis statim coactiones, excommunicationes & carceres Gregorij & Innocentij, faciens uirgines & uiduas uotarias sponsas Christi, quas si Christus non haberet sine sponsis esset, quæ omnia illic Augustinus, ut audies, irridet, confutat & damnat, Hæc Magister habens in manib; & legens dissimulare & silentio premere uoluit, ne periculosis illis uotis noceret, Hic erat ei, pro ipsius more, laborandum, quomodo uerba Augustini cum uerbis et traditionibus alitorum commode concordaret, & contradictorias sententias ficeret simul else ueras.

Vos.

Vos monachi datis uestris monialibus sponsum Christum, sed uos quā sponsam habebitis? Veh tibi impudenteria, Christus sūræ Ecclesiæ sponsus est, & Ecclesia sponsa Christi uirgo est absq; ruga & macula, sanctificata & ut ita dicam uirginificata lauacro aquæ in uerbo, non uoto monachali. Ephe.v. quemadmodum Paulus ait Corin. thjs.ij. Corin.xi. Despondi uos uni uiro uirginem castâ exhibere Christo, Non de uirginitate corporis loquitur, quia plures eorum fuerant scortatores, adulteri, molles, immundi, quibus dicit. Corin.vi. Hæc eratis quidam, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis per nomen Domini Ihesu & per spiritum Dei nostri.

Quæro num uirgo, quæ uouet Deo perpetuam uirginitatem, postea amissa uirginitate, possit redire uel uolens uel coacta per carcerem & monasterium ad suum uotum, id est, uirginitatem. Siquidem uirginitatem Deo uouerat. Quo ergo retruditis miseram? Amisit uirginitatem, Donum enim continendi non habuit, Cui hoc donum non est datum, non permanebit uirgo & corpore & spiritu sancta. i. Corin. vii. Christus dicit Matth. xix. Non omnes capiunt hoc, sed quibus donatum est, Paulus i. cor. xii. unusquisq; habet suum donum a Deo. Et Iohannes Baptista Ioha. iii. Non potest homo accipere quicquam nisi fuerit ei datum e cælo.

Iterum quæro. Num qui donum illud non habet accipiat hoc donum per uotum illud uestrum a D E O, ut quisquis uouet, accipiat donum perpetuo & in æternum continendi, etiam si ante uotum hoc donum non habuerit. Quid si hoc donum non habet, neq; cum uoto uelper uotum accipit, ut certe non accipit (donum enim D E I est non meritum tui uoti, nec potestas tui arbitrij)

I. iii. non.

CAPVT PRIMVM.

non continebit, licet sexcenties iurauerit & uouerit,
Quid ergo insanitis uestris uotorum doctrinis?

Aiunt. Neminem cogimus ad uotum, liberum est
cuique uouere uel non uouere, at postquam uouisti reddens
dum est, quia scriptum est, Vouete & reddite, Respon-
deo. Scriptura addit Domino Deo uestro, Multa enim
uouentur temere, non Domino Deo, quae non sunt red-
denda, Multa etiam uouentur DEO & redduntur, non
Deo, sed Diabolo, sicut uestrorum scortationes, adulter-
ria & immundiciæ probant, de quibus Paulus dicit,
Scortatores, adulteri & immundi regnum Dei non pos-
sivebunt, De quibus siue uotis siue iuramentis, uos ipsi
in Magistro sententiarum lib. iij. distinct. xxxix. sic legi-
tis, ut alia taceam, Qui inquit sic furat, uehementer pec-
cat, cum autem mutat, bene facit, Qui autem non mutat,
dupliciter peccat, & quia iniuste iurauit, & quia facit qđ
non debet, Quod talia sunt uota uestra, & laquei consci-
entiarum, & doctrinæ Dæmoniorum, & contra Chris-
tum & iusticiam fidei, siquidem, per talia queritis singu-
larem iusticiam et sanctitatem, ut testantur doctrinæ ue-
stra de talibus uotis, iamdudum estis conuicti per no-
stra & nostrorum scripta ex uerbo DEI & ratione fidei
Christianæ. Et certe experientia & exempla siue fructus
uotariorum, declarant uestras doctrinas de uotis perpet-
uis, in primis cœlibatus, esse doctrinas Demoniorum
in hypocrisi loquentium mendacium. Timo. iiiij. Deus
maledicat istis uestris mendacijs & hypocrisi.

Dicitis. Neminem cogimus ad uotum etc, Sed ue-
stra Dæmoniorum doctrina singulis singulares sanctita-
tes in uotis, præcipuas coronas & merita in cœlis, finxi-
stis sanctos ordines & religiones, allicitis ad illas sancti-
tates homines, sed non admittitis nisi uoueant cœliba-
tum, nam

tum, nam castitates & uirginitates uestræ quid sunt? Item habetis ordines sanctos & religiones, quibus coelibatus est annexus, etiam si non uoueas, quas seducti appetunt, & suscipientes coguntur postea cœlibes per omnem uitam uiuere, nam reliqua non adeo curatis, quod fiunt incesti etc, modo non fiant coniuges, quia tūc sunt Hæretici, damnati, nec conceditis eis poenitentiam, nisi distractis rursum a coniugio, incarceratis & ad uestras Sodomorum sanctitates retruis. Item habetis in uestris monasterijs abunde omnia, uictum, uestitum, honores, in summa libertate, ocio et tranquillitate. Similiter habetis in uestris spiritualitatib⁹ pingues prebendas, opulentos canonicatus, potentes Episcopatus, honores & dignitates, quæ appetunt infideles, cupientes istum uestre mammona, principatum, ocia, uoluptates etc, sed non admittitis nisi iuratos, nisi uouentes, nisi cœlibes & in cœlibatu manentes, ut postea excommunicationibus, carceribus, & spoliatione omnium rerum, & dignitatum prohibeatis eos a coniugio a Deo creato, ordinato & benedicto, non ab immundicijs a DEO prohibitis & damnatris. Sic pellicitis & allicitis ad uestras immundas castitates homines instabiles, siue ut Petrus ait Inescatis eos & pertrahitis ad uestra uota, Et interim dicitis. Neminem cogimus, immo uere cogitis uestra doctrina, dum promittitis stultis & incredulis (quales sub Papatu ferè omnes fuimus) multas & uarias sanctitates in cœlo, & copiam omnium rerum in mundo, Hanc datis, secundum Danielem, Terram, inquit, distribuet gratuito colentib⁹ Deum Missarum, Illas autem nempe sanctitates fingitis, & mentimini, decepti & decipientes, Potius non debuissent patres docere talia uota, aut debuissent prohibere, secundum præceptum Pauli, Volo iuniores nubes,

I iiiij re etc.

CAP VT PRIM V M

re &c. Cur etiam non uouent nunquam edere? Cur ita detestantur coniugium ut statuant doctrinas dæmoniorum?

Igitur si hic in Paulo libebat fidem accipere pro uoto (licet nusquam in tota sacra scriptura fides pro uoto, quod fit Deo, accipiatur) quid impediebat quo minus fides prima siue uotum primum esset uotum primi praescepti siue uotum baptismi, quemadmodum exponit Athanasius, dicens, fidem primam baptismi, cælitus institutam, irritam facitis? Hoc enim est Christianorum uotum primum, ante quod nullum est. Hæc est prima fides sponso Christo data, quam irritam facientes, id est, auersi a Christo habemus condemnationem, seuti Satanam, quemadmodum hic Paulus dicit, & Christus ait, Qui non creditur condemnabitur, nec salui esse possumus ab ista damnatione & ira Dei, nisi reuertamur ad fidem primam, ad pactum primum, ad uotum primum, ad Christum uirum nostrum a quo defecimus lapsi ad incredulitatem, ad paupericos cultus, ad doctrinas dæmoniorum, Vxor per adulterium suum habet condemnationem, quia primam fidem datam marito irritam fecit, nec est nunc uxor eius, quemadmodum & Christus dicit longe aliter quam pauparia iura. Nō potest posthac esse uelfieri quod fuit, nempe uxor illius sponsi siue mariti, nisi reconciliata recipiat a marito ex mera gratia mariti, si enim non uult maritus recipere eam, non potest iure cogi ut recipiat, Ita loquiuntur prophetæ & sacræ scripturæ saepe de fide coniugij spiritualis & de adulterio spirituali, quando contempto dei uerbo suscipimus alienas doctrinas & cult⁹, Psal. Perdidisti omnes qui fornicantur abs te, Mihi autem adhærere Deo bonum est (sicut uxor adhæreret marito) Et quid sit adhærere Deo subdit, Et ponere, inquit, in Dominum

minum Deum spem meam. Hoc modo itaq; data fuisset quidem uocabulo fidei aliena significatio (quod nusquam alibi significat uotum factum Deo) sed non affecta Paulo aliena sententia, Conuenisset enim hoc cum sententia uera, quam de fide in Christum, quae prima est, diximus. Conuenisset quoq; Historiae illius temporis, de uiduis de quibus scribit Paulus, quae nuper baptizatae, ut tum res habebat in primitiva (ut uocamus) Ecclesia, Christi fidem professae erant.

At urgent contentiosi, de cælibatu dicí a Paulo, quia præcedit. Nubere uolunt, & sequitur, habentes damnationem, quia primam fidem reiecerunt, unde inferunt, post uotum cælibatus non solum nubere, sed etiam uelle nubere damnabile est, Respondeo.

Primum, Paulus non dicit, habent damnationem, quia nubere uolunt, sed habent damnationem, quia primam fidem reiecerunt uel irritam fecerunt.

Secundo, Fides nusquam in scripturis significat uotum factum Deo, multo minus uotum factum homini, cui etiam secundum Scholasticos Doctores uotum fieri non potest, quia scriptum est, uouete & reddite Domino Deo uestro, nisi quando uouent Francisco suo, Dominico, Barbaræ, Claræ, Hannæ &c. tunc uota sunt ipsis sancta, quia tales sancti sunt Domini Dijs ipsorum, secundum illud. Vouete & reddite Dominis dijs uestris, licet saepe pessime reddant quod male & impie uouerunt, Minime uero omnium in Paulo fides significare potest monastica nostrorum uota, quæ impia esse ostendam Christianis.

Magister dicit de uotis stultorum, hoc unum tantum uerbum, Sunt tamen, inquit, & uota stultorum, quæ frangenda sunt, Et post de his ne uerbum quidem amplius di-

K cit, sed

CAPVT PRIMVM.

tit, sed est pisce magis mutus, quæ si potuisset, ex sacro
Dei uerbo secundum rationem orthodoxæ uel Christi-
anæ fidei, explicare, profecto deprehendisset ea esse nō
solum stultorum, sed etiam impiorum & infidelium uo-
ta, quæ nostri sua Dæmoniorum doctrina inflant titulo
sacrorum ordinum, & singularium religionum, promis-
sione singularium sanctitatum & meritorum, quæ alij
Christiani habere non possint.

Nam qui illam doctrinam de sanctitate uotorum su-
scipiunt, & propter eam uouent, nescio quid, illi non nu-
bunt Christo (ut uos uotarij Doctores mentimini in hy-
pocrisi loquentes mendacium) sed uere abstrahuntur a
prima fide, a primo uoto Baptismi, abstrahuntur a Chris-
to Ecclesiæ sponso, in quem erant Baptizati, per quem
solum debebant esse iusti, sancti & in æternum salui, &
trahuntur ad aliam, id est, fictam & blasphemam sancti-
tatem, iusticiam, salutem & merita, per quæ postea senti-
unt, Non sum sicut cæteri etc, ut Paulus dicit Collos. ijs.
Frustra inflatus mente carnis suæ in ijs quæ non uidit
etc, atq; ita uestri uotarij uere habent damnationem, non
quia nubere uolunt (id quod iudicant Hæreticum) sed
quia primam fidem irritam fecerunt. Prima fides erat q;
baptizati in Christum, Christum induerant, credentes se
iustificari per solum Christum iusticiam nostram, se sal-
uari per solum Christum salvatorem nostrum, postea
per uota uestra reiœciunt primam fidem, & deficiunt ad
alias fides & ad deos alienos, credentes se iustificari &
saluari non per solum Christum, sed per uota sua, opera
sua, obseruantias, blasphemias, & fictas religiones. His
inflantur, sed frustra (ait Paulus) quæ non uident, id est,
in ignorantia & cæcitate mentis suæ se aliquid esse cre-
dunt præ cæteris, atq; adeo non scipios solum, sed etiam
alios.

IER MIAE.

XXI.

alios, per talia sua opera in obedientia uoti facta, saluare posse, quemadmodum uides in stultis, blasphemis, infidelibus & impijs Monachis, qui etiam literis & sigillis datis, uendunt alijs suas iusticias & sua merita, & faciunt eos qui emunt ab ipsis participes omnium honorum operum, quae fiunt in ordine ipsorum die ac nocte per totum mundum, Dominus meus Iesus Christus, uerus suę Ecclesiae sponsus, conseruet me, ne vnquam particeps fieri talium honorum, Quibus dicetur, ut fatuis uirginibus, Matth. xxv. Ite ad eos qui uendunt, & emite uobis ipsis.

Hæc autem inde etiam nota sunt, quia inter omnia uota uestra, uotum religionis est maximum, et indispensabile, nisi forte per Papam Antichristum, sed ne per huc quidem, nisi in ardua necessitate, & cum hac conditione adiecta, ut uouens per alia opera et castigationes suppletat ea que in religione erat facturus, alioqui non esset tuus qui uouit, in conscientia sua, per Papæ dispensationem, Hic subaudiendum est, in uerbo Pauli, secundum uestram expositionem, Habentes condemnationem, scilicet, nisi Papa cum eis dispensem in ardua necessitate, cum adiecta conditione etc, præter hoc (ut exponitis) habent certissimam condemnationem, id est, sunt in æternum damnati, qui uouerunt religionem, nisi ingrediantur religionem, & perseverent in ea usq; in finem.

Religionem uocatis monasticen uel monachalem uitam, quasi uita Christiana non sit religio, Et ut maxime fateamini etiam religionem Christianam, tamen religionem monachalem facitis perfectiorem, Et quamvis dicitis. Neminem cogimus ad uouendum, tamen uestris insanis doctrinis, & promissionibus corporalibus et spiritualibus, trahitis homines a uera Christi religione, ad

K in falsas

CAPVT PRIMVM

falsas religiones Franciscanorum, Domínicastrorum,
Præmonstratensium, Marianorum, Crucigerorum, mis-
sionariorum etc, ut professio religionis sit eis secundus Ba-
ptismus, quo abluantur ab omnibus peccatis, & mundi
sint, sicut puer in Baptismo Christi (sic enim audetis bla-
phemare) ut postea sancti sint per observationem regu-
larum, & quærant iustificari & saluari per sua opera &
merita sui ordinis, & quoties peccauerint, etiam turpissi-
me, contra uota sua, licebit eis ad priorem puritatem &
sanctitatem redire, quam in profelione religionis suæ
aceperant, uel recordatione professionis, O insaniam,
o doctrinas Demoniorum in hypocrisi loquentium men-
daciūm.

Veh iusticijs uestris, per quas nemo vnquam iustifi-
catus est, nemo vnquam certo & indubitate bonam con-
scientiam habuit coram DEO, quia docetis etiam homi-
nem debere dubitare num habeat remissionem peccato-
rum & sit uere saluus, Eò dementiae perducunt uos ue-
stra uota, ficti cultus, & religiones, per quæ non nubitis
Christo, ut blasphemē mentimini, sed deficientes a fide,
scortamini cum dijs alienis, et præterea immundicias cor-
porales potius sustinetis in uestris uotarijs, quam ut se-
cundum Deum fiant coniuges qui continere non pos-
sunt. Nonne uota uestra sunt impia, contra Christum,
contra fidem Christianam, per quæ deficitis a fide ad se-
etas perditionis, ad doctrinas Dæmoniorum, & ita ob-
ligatis uos, ut eos qui deficiunt ab impijs uotis uestris,
dicatis æternam habere damnationem? sic enim de uo-
tis uestris exponitis uerbum Pauli. Habentes damnati-
onem etc, cum magna sancti Apostoli iniuria.

Paulus scilicet negasset illis viduis nubentibus poe-
nitentiam & remissionem peccatorum si postulassent?
retraxisset

IEREMIAE.

XXII.

retraxisset eas a coniugio ad inmundicias? damnasset eas
rum coniugium? trulisset eas in carceres? Ut Paulus hec
non fecit, ita neq; docuit. Ipse enim in illa ipsa epistola ad
Timo. uocat doctrinas demoniorum quæ prohibent nu-
bere.1. Cor. vii, dicit de inconiugatis & uiduis. Si se non
continent contrahant matrinomium. Nam melius est ma-
trionum contrahere quam uri. Et de virginibus præces-
ptum Dñi non habeo &c. quasi dicat. Ego quamvis apo-
stolus Christi, non debeo præcipere & præcepta necessa-
ria facere, quæ non præcepit Dominus, ut sim (inquit) fi-
delis. Infidelis legatus est qui præcipit illa de quibus non
habet mandatum a suo principe, sicut infideles Papistæ,
qui neglecto & condemnato uerbo DEI docuerunt do-
ctrinas & mandata hominū, de quorum cultibus & reli-
gionibus audisti. Frustra colunt me. Et ne obijciatis, Pau-
lum dicere de illis quæ non uouerunt, subdit. Hæc dico
non ut laqueum uobis iniiciam, non uult neq; uirgines ne-
q; uiduas uel uiduos laqueis conscientiarum implicare.
Nonne uestra uota quæ docetis sunt uel maximi laquei
& carceres animarum, quando postea pro Hominibus,
per uota non per Christum saluandis, habetis Gregorij
& innocentij & aliorum certe hominum excommunica-
tiones, coertiones & carceres etiam perpetuos? Tales
sanctitates, quæ non sunt Christi, debent habere tales le-
gis latores & lictores.

Et ne contendatis Paulum uelle uestra uota, in hoc
ipso loco dicit ad Timo. Juniores uiduas uolo nubere, filios
os procreare, domum administrare, non fuscitare scandala
papalia, monachalia, Nonnalia, non replere piscinam Gre-
gorij Papæ multis milibus infantum occisorum, ut scribit
Sanctus Huldricus Episcop⁹ Augustanus in Epistola &c.

K iii

Vbi

CAPVT PRIMVM

Vbi quæso scribit Paulus de uestris uotarijs uirginibus? Nulla Nonna arroget sibi quæ Paulus scribit de uirginibus, de uirginibus enim scribit non de Nonnis, Virgines creauit Deus, Nonnas fecerunt doctrinæ dæmoniorum. Iterum rogo, ubi scribit Paulus sacros uestros ordines Epistolares & Missarios habere annexum perpetuum cælibatum? perpetuam castitatem uocatis, sed hæc est Christianorum omnium, ne fiant scortatores, adulteri inmundi ut uestri. Non admittitis coniuges ad uestros sacros ordines, & reijcitis ab officio qui fiunt coniuges, secundum priora uestra iura, nunc autem etiam eos interficitis. Ex patre diabolo mendaces estis falsa doctrina, & homicidæ hac effusione innocentis sanguinis, quemadmodum Christus dixit, Iohannis octauo.

Paulus contra scribit de ueris ministris & doctoribus Ecclesiæ, non de impijs Missarijs. 1. Timo, iij. Tit. 1. Oportet Episcopum esse irreprehensibilem, unius uxoris maritum, qui liberos habeat in subiectione cum omni honestate. Diaconi sint unius uxoris uiri, qui liberis bene præsent & proprijs familijs. Oportet uxores similiter esse modestas. Paulus. 1. Cor. viij. scribit omnibus Christianis, & quod ad coniugium attinet non facit differentiam saecrorum ordinum & laicorum, neq; uota cælibatus uult, sed dicit. Melius est nubere quam uri. Non uolo uobis meo consilio iniijcere laqueum, Et ad Timo. Volo iuniores nubere non uouere cælibatum, &c.

Quid immoror his ex Paulo recitâdis contra uestra uota & annexum ordinibus uestris celibatum? Paulus in omnibus ferè paginis ubiq; prædicat Euangelium gloriæ magni DEI Domini nostri Iesu Christi, q; sola in Christum fide iustificamur coram Deo, nō per legem aut opera legis, et dampnat uestra iusticiaria uota, meritoria opera & imo

& impias religiones. Ad Galatas dicit, A Christo sive a gratia Dei excidistis, qui per legem iustificamini, legem Dei dicit, An non uobis potius dicturus erat, A Christo excidistis qui per uota, opera, regulas, fictas religiones traditiones humanas & cultus quæreritis iustificari & saluari?

Cum igitur contra uota uestra, quibus uouetis singulares spiritualitates & religiones (quibus annexum habetis perpetuum cælibatum, quam frustra uocatis perpetuam castitatem) sint contra ordinationem Dei, contra Euangelium de remissione peccatorum per solum Christum, & clament scripta prophetarum & apostolorum & lex DEI contra uestras immundicias, & contra uestras iusticias & sanctitates quæ sunt impietas, in Pris mis uero sanctus Paulus ubiq; & per Euangelium gloriae Dei (quod uos non intelligitis) & per expresa uerba damnans impurum cælibatum, quorumcunq; ordinum, ut dictum est, qui & in eo ipso loco, unde uos uultis confirmata uestra uota, dicit, Juniores uolo nubere &c. Quia quæso impudentia, hæc omnia ex oculis reijcientes, affingitis sanctissimo Christi Apostolo, q; confirmat uestra impia ordinum & religionum uota & iuramenta, per hoc quoddicit. Habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt.

Videtis quidem uerbum Pauli ad uestram sententiam, esse obscurum, sed hac fiducia nitimini, q; quidam ex doctoribus sic uerbum Pauli exposuerunt, ut intelligantur illæ uiduæ primam fidem reiecerisse, id est, non persistisse in eo quod nouerant. Quid facietis, quando uel eisdem doctores uel alios, quorum nomen merito est celebre in Ecclesia uidetis alibi magno serio in re ardua contra haereticos, in Paulo fidem primam Christianam fidem

CAP VT PRIM V M

& sanam doctrinam interpretari, Priman fidem irritam fecerunt, id est, defecerunt a fide Christi & sana doctrina: quemadmodum in eadem epistola prædictit Paulus de uobis. Deficient a fide, attendentes spiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium, & canterizatam habentium conscientiam, prohibentium nubere & cibos &c. Hic non potestis inniti ex positioni uestrorum doctorum, quia duplarem et dubiam uidetis.

Hoc bene sensit Magister, licet dissimulet unde hoc habeat, quia uult confirmare uotarias religiones, sicut factis omnes, Vtramq; enim expositionem, ita studet connectere, ut utraq; pro uotis faciat, & taceret uerba doctorum. Damnatur inquit, propositu fraus, damnantur tales, quia continentiae primam fidem irritam fecerunt, id est, uotum, uel in uoto uiolato fidem quam in baptismo professæ sunt. Egregij estis interprætes scripturarum sub nomine doctorum sanctorum, Non audetis uobis fidere & in uestra de uotis interpretatione consistere. Hac ipsa dubitatione & trepidatione uestrorum deberetis admoneari, ne præter rationem scripturæ sanctæ & sincerae fidei, interpretationi aliorum siue sanctorum siue non sanctorum inhæreatis, Fides in scripturis nusquam pro uoto quod fit Deo accipitur, ut taceam de uoto continentie, de uoto perpetuo & uoto uestro solenni, In Paulo omnium minime fides uota uestra iusticaria, & impuri cælibatus uestri laqueos, significare potest, quæ ipse damnat, ut diximus.

Hic ergo contra uestra uota et facienda et facta pronunciamus in nomine Domini nostri Iesu Christi sic. Impia uota non sunt facienda, Vesta uota sunt impia, ut ostensum est, Ergo non sunt facienda, id est, uouenda.

Item

Item impia uota & iuramenta non sunt præstanta, sed irrita facienda, etiam si temere uel per ignorantiam & infidelitatem uoueris. Vesta sunt talia, ergo etc, Nam & in decretis Papæ ex Isidoro citatur. Impia est promissio quæ scelere adimpletur etc.

Verum quando placebat uobis alteram expositionem uestrorum Doctorum de uotis in Pauli uerbis modicus retinere, non satis tuta aut bona conscientia ut dissi, cur non eadem modestia, qua Doctores, interpretati estis reliqua? Illi Doctores non negant pœnitentiam illis qui uotum coelibatus mutant in coniugium, sicut uos facitis, Et exponunt, Habentes condemnationem, id est, damnable factum, quod non seruant uotum quod sancte (ut ipsis uidetur) uouerunt DEO, si non egerint pœnitentiam, id est, ex animo & certa fide rogauerint Deum ut ignoscat ipsis hoc damnable peccatum, quod uel temere uouerunt, uel pium uotum non preſtiterunt, Sic uos non exponitis uerba Pauli, Virgo uouit DEO uirginitatem suam, postea corrumptur, huic negatis pœnitentiam, niſi redeat ad suum uotum, id est, uirginitatem, Hanc enim uouit, ut hoc exemplo uos irrideam, qui perpetuam uouistis castitatem, & uiolantes uotum uestris immundicijs & scortationibus, suauiter uobis promittis pœnitentiam, ut sitis immundi, & mundi quoties uobis placuerit, quæ certe non est perpetua continentia & castitas quam uouistis, sed potius interpolata, id est, nulla, quando nunquam uere & serio ueram agitis pœnitentiam, Interim damnatis qui post uotum fiunt coniuges, qui tamen nihil peccant in uotum perpetuae castitatis, ad hoc enim fiunt coniuges ut maneant in perpetua castitate, id est, ut non fiant scortatores, adulteri, immundi, quæ les uere habent damnationem, quia Paulus dicit. Qui tan-

Llia agunt

CAPVT PRIMVM

Ista agunt, regnum Dei non possidebunt. Præterea illi Doctores non rescindunt coniugia illorum qui post uotum coelibatus, quod uos uocatis perpetue castitatis, coniugia contraxerunt, sicut uos facitis, addentes etiam se uitias carcerum & alia crudelias, quæ illis Doctoribus fuerunt incognita. Itaque hic ne Doctoribus quidem satis respondetis, sed ex eis cum placet queritis fucum uestrorum abominationum, bene dicta illorum suppressentes:

At quis (nisi serpens antiquus) docuit uos, neglecto uerbo DEI & contempta sacra scriptura, ex Doctoribus & humanis scriptis statuere nobis alias doctrinas & religiones, id quod non semel magno serio Augustinus de suis & aliorum scriptis prohibet? Sed reprimome.

Vt uero haec uideas in scriptis piorum uirorum, qui tamen uota coelibatus docuerunt, non ex uerbo DEI, non grauabor (quod ante promisi) recitare quasdam ipsorum sententias de ijs qui post uotum contrahunt matrimonium.

Cyprianus lib. I. Epistola xi. de uotariis uirginibus, quarum tunc mulras eius Diaconi & alij corrumpebant bona specie. Si, inquit, tales uirgines perseverare nolunt uel non possunt (Nota Nolunt. Non possunt) melius est ut nubant, quam in ignem delicijs suis cadant. Certe nullum fratribus aut sororibus (id est Christianis) scandalum faciant etc, lege epistolam. Paulus nihil moratus siue uotum siue non uotum ibi sit, dixit, Melius est nubere quam viri. Et beatus Cyprianus Pauli uerbum sic intellexit, nempe etiam de illis qui uouerunt, et perseverare nolunt uel non possunt, quod eis melius est nubere quam in ignem cadere siue viri. Ista & similia dicta parvum nostri facient, quæ tamen sunt ex scriptura, & producunt

ducunt quæ sine scriptura & saepè quæ contra scripturam dicta sunt, quia studio traditiones humanas confirmare uolunt, etiam si conscientijs pereundum est.

Augustinus etiam, tametsi ista periculosa uota confirmare soleat, tamen ut citatur in decretis Papæ distin.
xxvij.ca. Quidam, ex ueritate sic coactus est dicere. Qui
dam alserunt adulteros esse qui nubunt post uotum. E-
go autem dico uobis, quod grauiter peccant qui tales
diuidunt. Confer hoc dictum cum interpretatione, qua
primam fidem uotum interpretantur, & uidebis omni-
no inter se contraria. Ex Paulo dicunt. Habentes con-
demnationem etc. Augustinus licetum eis coniugium
dicit si non continent se, & illos peccare grauiter qui tas-
ses separant. Nostris separando putant se obsequium præ-
stare DEO, & igni comburunt eos qui nubentes vri no-
lunt. In maximos errores & impietates, sub specie religi-
onis, abducti sumus, quod dicta & sententias hominum
non nouimus ex uerbo DEI dijudicare, sed illa huic per
impietatem & infidelitatem prætulimus.

Item ibidem in decretis, cap. Diaconus, sic dicitur.
Tanta est uis in sacramento coniugij, ut nec ex uiolatio-
ne uoti possit dissoluï coniugium. Talia bona dicta po-
stea in decretis in eadem distinct. corruptunt, humanis
traditionibus, et Gratianus ibi dicit illa uera esse, nisi be-
nedictio consecrationis uel propositum religionis acce-
dat. Deus maledicat istis consecrationibus & religioni-
bus & doctrinis Daemoniorum quæ cum scortationibus
& immundicijs consistere posunt, cum coniugio, quod
est Dei ordinatio, non possunt.

Augustinus in libro de bono uiduitatis, interpre-
tatur quidem fidem primam in Paulo, fidem uoti, sed ta-

CAPVT PRIMVM.

men hæc addit. Qui talium (uiduarum quæ uouerint) nuptias dicunt non esse nuptias, sed potius adulteria (hoc tamen dicit Hieronymus & deterius quiddam, & post eum omnes nostri Papistæ ut ex Magistro dixi) non mihi uidentur satis acute ac diligenter considerare quid dicant, Fallit eos quippe similitudo ueritatis. Quia enim coniugium Christi dicuntur eligere, quæ Christiana sanctitate non nitibunt, Hinc argumentantur quidam dicentes. Si uiro suo uiuo quæ alteri nubit adultera est, sicut ipse Dominus in Euāgelio definiuit uiuo, ergo Christo, cui mors ultra non dominatur, quæ coniugij eius elegit, si homini nubit, adultera est. Qui hoc dicunt, acute quidem mouentur, sed parum attendunt, hanc argumentationem quanta rerum sequatur absurditas. Cum enim laudabiliter etiam uiuente uiro, ex eius consensu, continentiam fæmina Christo uoueat, iam secundum illorum rationem, nulla hoc facere debet, ne ipsum Christū (quod sentire nefas est) adulterum faciat, cui uiuente uiro nubit. Deinde cum primæ nuptiæ melioris sint meriti quam secundæ, absit ut sanctarum uiduarū iste sit sensus, ut Christus eis uideatur quasi secundus maritus. Ipsum enim habebant & antea, quando uiris suis fideliter seruiebant subditę, nō carnaliter sed spiritualiter uirum, cui Ecclesia ipsa, cuius membra sunt, Coniunx est, quæ spei, fidei, charitatis integritate, non in solis uirginibus sanctis, sed etiam in uiduis & coniugatis fidelibus, tota uirgo est. Vniuersè quippe Ecclesiæ, cuius illa omnia membra sunt, Apostolus dicit. Aptauit uos uni uiro, uirginem castam exhibere Christo. Nouit autem ille coniugem uirginem sine corruptione foetare, quem in ipsa etiam carne potuit mater sine corruptione pcreare. Fit autem per hanc minus consideratam opinionem, qua putant lapsarum a sancto proposito

posito fæminarum, si nupserint, non esse coniugia, non parium malum, ut a maritis separantur uxores, quasi adulteræ sint non uxores, & cum uolunt eas separatas reddere continentiae, faciunt maritos earum adulteros ueros, cum suis uxoribus uiuis alteras duxerint. Hactenus Augustinus, qui quamvis ante hæc uerba & post hæc uerba sese torqueat, uerbo Pauli, Habentes damnationem, & probet singulares uoti cælibatus sanctitatem, tamen res liquos laqueos nostrorum & distractionem coniugij damnat. Hæc sunt quæ Magister habens in manib⁹C quia citat quæ præcedunt uerba, uidere noluit, ut ante dixi.

Quanta diligentia scripsit Paulus i. Corin. vii. de insconiugatis, de uiduis, de uirginib⁹tis? Quanto spiritu prædixit futuras doctrinas dæmoniorum prohibentium nudbere? etiamen non potuit tantus Apostolus cauere, ne postea impietas, quæ fingit alias sanctitates quā per Christum, abuteretur eius uerbis, & inueniret in Epist. ad Timo. quo maxime confirmaret doctrinas demoniorum, scilicet uno uerbo, Habentes damnationem &c. (quod tam ad uota illa perpetua cælibatus est obscurum) omnia alia clarissima Pauli scripta uel obscurans uel etiam damnans. Merito hoc uerbū Pauli reputarim inter ea de quibus scribit Petrus. ij. Pet. iiij. Inter Pauli uerba inquit, sunt quædam difficultia intellectu, quæ indocti parumq; firmi detorquent, sicut & cæteras scripturas, ad suam ipsorum perniciem.

Nunquam nostri sunt magis indocti, quam ubi in scripturis scribitur de fide, quod certissimum signum est, ipsos, quemadmodū Paulus predixit, defecisse a fide ad doctrinas dæmoniorum, qui nihil morati uerbum DEI, ex uerbis hominum fecerunt nobis nouas religiones &

L. ij. cultus,

CAPVT PRIMVM

cultus, sed neq; hominum bonas sententias ex uerbo DEI prolatas uidere uoluerunt, ubi ipsis non uidebatur commodum pro suis mendacijs & frustraneis cultibus, Non habent excusationem sui erroris & infidelitatis, per hoc q; possunt pro se citare homines magni nominis. Nam propter nullius autoritatem suscipere falsa pro ueris deobemus.

Hæc interim hactenus pluribus forte quam hoc loco conueniebat dixi, ut declarem monastica nostrorum uota esse impia, atq; ideo uel non facienda uel abijcenda else, Non enim propterea debo manere in doctrinis Dæmoniorum, quia iurauit uel uouit, sed potius debo rogare Deum ueniam, quod uel ignorans & seductus per uotorum doctrinas, uel temere uouit & iurauit, & redire ad DEI ueritatem & Euangelium Domini nostri Iesu Christi, nisi uelim else damnatus.

Quod si sunt impia hæc uota monastica, quanta im-
pudentia est, ea affingere Paulo ueræ iusticiæ, quæ per
Christum est, preconi, & asserere quod Paulus ea con-
firmauit, & abijcientes uota impia damnauit, his uerbis.
Habentes damnationem, quia primam fidem irritam fe-
cerunt? Quærant ergo alium patronum pro iusticiariis
uotis, Paulus non damnat eos qui doctrinas Dæmonio-
rum abijciunt. Atq; ideo etiam si posset conuinci quod
Paulus in eo loco per fidem primam intelligeret uotum
nescio quod, tamen hæc uota fictarum religionum & sin-
gularium sanctitatum, quæ & periculorum plena sunt,
non uellet confirmata, quæ damnare solet.

Addidi et quorundam Doctorum sententias, qui tam
met si probant uota, damnant tamen laqueos & furorem
nostrorum, quem exercent contra eos qui uotum castita-
tis, honesto & sancto coniugio mutant, ut non fiant im-
mundi,

mundi, sed maneat in perpetua castitate quam uotierunt. Ut uideas fucum tantum esse & hypocrisim, quando reliquo DEI uerbo per dicta doctorum Ecclesiastico rum sua tueri student, Nam cum quid uiderint in Doctoribus contrase dictum, hic ne Doctores quidem suos suscipiunt. Sed nunc reuertor ad uerba Pauli.

Tertio, In tota sacra scriptura nusquam est doctrinam factum siue exemplum uoti perpetui coelibatus, Hoc solum urgent nostri uotarij, ut nunc non repetam quo loco habeant reliqua sua uota. Ergo doctrina de sanctitate talis uoti & singularibus coronis uotariorum non est ex sacra scriptura & uerbo DEI, ut nunc etiam non repetam quod est contra doctrinam Euangeli, contra iusticiam & sanctitatem quam habemus per solum Christum, Vnde igitur est: Ex doctrinis hominum siue sanctorum, siue non sanctorum, ut audiant. Frustra collunt me per uota sua docentes doctrinas & mandata hominum.

Dicunt, Non cogimus quenquam ut uoueat, At docent summam sanctitatem esse & perfectionem sic se uoto obligare ad excogitatas religiones & obseruantias quae habent perpetuam castitatem annexam, etiam si perpetua castitas ibi non seruetur, Docent etiam omnia operabona & maxime obseruantias regularum & superstitionis religionis opera (quae hypocritae iusticiarij, Matth. xx, uocant pondus diei & aestum) quae fiunt in uoto sub obedientia Abbatis, Prioris uel Guardiani, plus esse meritioria uitae eternae, quam si eadem opera fierent sine uoto extra tales obedientiam, & alijs miris sed falsis promissionibus per doctrinam suam intelligent ista iusticiaria uota & opera meritioria in uotis facta. Hac doctrina non Dei, sed humana, id est, mendaci pelliciunt animas instas

CAPVT PRIMVM

biles in nassam suam, ut ex hoc laqueo nunquam postea possint liberifieri. Nam uerbum Pauli obijciunt eis. Habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt, id est, uotum religionis non Christianæ, sed monachalis reiecerunt.

Sic enim Gregorius ad Bonifacium, ut uides in Magistro & Decretis, fert sententiam quasi ex Paulo, Vi duas, inquit, a proposito recedentes uiduitatis, super quibus nos consuluisti, credo te nosse a sancto Paulo, nisi conuertantur, olim esse damnatas, quas & nos Apostolica autoritate damnandas, & a communione fidelium, atq; a liminibus Ecclesiæ arcendas fore censemus, usq; quo obedient Episcopis suis, & ad bonum quod coeperunt, inuitæ aut uoluntate reuertantur. Sed hanc non esse sententiam Pauli, ante ex ipsius scriptis & doctrina luce clarius ostendimus. Egregia uero conuersio est, quod dicit Gregorius, inuitæ reuertantur.

Quod uerbum, non Dei sed Apostolicæ autoritatis, id est, Romanæ sedis, Innocentius Papa, in Icrinio suis cratissimi pectoris, ne nihil addat prioribus autoritatibus, sic diligenter perpendit, ut carceres addendos tuidet. Viduae, inquit, quæ habitum religionis assumpserunt, & deinde apostatauerunt, atq; ad priorem uomatum sunt reuersæ, a nobis & ab omnibus fidelibus, a minimis Ecclesiæ & a coetu fidelium, usq; ad satisfactiōnem sunt eliminandæ & carceribus tradendæ. De uiduis loquitur quæ post uotum nupserunt, dicit eas sumptuisse habitum religionis, quasi antea non fuerint in religione, quando baptizatæ in Christum erant Christianæ, induitæ non monachali habitu fictæ religionis sed Christo qui est iusticia nostra, quemadmodum Paulus Galatis dicit, Quicunq; baptizati estis, Christum induistis.

Apostatas

IEREMIAE.

XXVIII:

Apostatas uocat, quæ deposito fictæ religionis uestimento, metuentes ne scortatione uel alijs immundicijs polluantur (de quibus Paulus ait, qui talia faciunt, Regnum Dei non possidebunt) fiunt coniuges, ut sint simpliciter Christianæ in perpetua castitate, quæ est omnium Christianorum, sanctæ, iustæ & saluæ per solum Christum, sine illis singularibus sanctitatibus, meritis, coronis, & perfectionibus, quæ singuntur in illis iusticiarijs uotis & fictis religionibus. Hoc est, Innocentius uocat Apostatas, quæ relicto mendacio Antichristiano redeunt ad Christi ueritatem, ut uideas quo loco suas fictas religiones habeant, extollentes eas supra Christi religionem.

At uide quoq; doctrinas Daemoniorum, prohibentium nubere, latentes sub speciosa ista uotorum & falsarum religionum specie. Innocentius, hac parte minime innocens, dicit tales uiduas, quæ iam honeste nubunt, ad priorem uomitum reuersas, Vnde ex sanctitate monachali, quo s' ad priorem uomitum, id est, lordes & immundicias, quemadmodum canis reuertitur ad suum uomitum, ut est in Proverbijs cap. xxvi. Ante uomum fictæ religionis uiuente viro erat in coniugio, nunc ut uitet immundicias damnatas, reuertitur ad coniugium a Deo creatum et ordinatum, licet peccarit grauiter, temere uel ignoranter uomendo, de quo agit poenitentiam & roget ueniam a Deo, credens remissionem peccatorum per Iesum Christum, si est Christiana mulier, Hoc uocat Innocentius reuerti ad uomitum.

Dic mihi Innocenti, qui in sede uere Romana edis hæc AntiChristianæ edicta, Qui uoueut perpetuum cælibatum, si donum continendi non habent, quid futuri sunt, (quando per uos coniuges fieri non possunt) aliud

M quam

CAPVT PRIMVM

quam scortatores, adulteri, immundi, de quibus dicit scriptura q̄ Regnum Dei non possidebunt: Ad quam ergo sanctitatem perducitis miseris uestra demoniorum doctrina: Si autem donum continendi habent, qui uouent perpetuum cælibatum, quero an uoueant pie uel pium uotū, dicas, p̄issimū & singulares sanctitates, At nos dicimus cum fiducia ex uerbo Dei, contra AntiChristianam doctrinam & monachales sanctitates, q̄ uouent temerarium & impiū uotum, Putant enim in sua potestate esse, quod deberent cum gratiarum actione agnoscere esse donum Dei, & frui illo dono DEI si uellent, quam diu Deus daret uel ad tempus uel perpetuo. Deinde, quia etiam si donum illud acceperunt a Deo, tamen nesciunt quam diu illud habituri sint. Nam quia donum est, potest rursum illud tibi Deus auferre, ut sanitatem & reliqua dona corporis & spiritus, quid tunc facerent qui iurauerunt uel uouerunt perpetuum cælibatum? Et certe Deus propter ingratitudinem quam ostendimus isto temerario uoto, quasi hoc sit in potestate nostra quod est donum DEI, multis abstulit donum post uotum, uero & iusto suo iudicio.

Quod igitur uotum perpetui cælibatus in nulla scriptura est, & quod nemo Deo uouere potest, qui donum continendi non habet, neq; debet uouere qui illud donum habet, ignorans quam diu habiturus sit, hoc uos Papistę & monachi affingitis Apostolo Christi ita probatum, ut dicat esse damnatus qui post tale uotum matrimoniū contrahunt, quia primam fidem irritam fecerunt id est, uotum perpetui cælibatus reiecerunt. Vos uocatis uotum perpetuae castitatis, quam tamen uos perpetuo non seruatis, & quæ per coniugium non amittitur.

Qui

Quis ergo uouerūt perpetuam castitatem, & postea
uident se esse in periculo inmundiciarum, recte & sancte
fiunt coniuges, ut qui coelibes uiderunt se perpetuā casti-
tatem non posse seruare, secundum suum uotum aut ius-
ramentum, seruent perpetuam castitatem uel in coniugio
id est non fiant scortatores, adulteri, inmundi, Atq[ue] ita qui
uouerunt perpetuam castitatem, quae est omnium Chris-
tianorum, nihil peccant contra uotum suum, quando timore
Dei abhorrentes impuritatem fiunt coniuges, ut
seruent uel in coniugio perpetuam castitatem quam uou-
erunt, ut non opus sit eis obijcere quasi uerbum Pauli,
habentes damnationem, quia primam fidem (id est, ut
dicitis uotum perpetuae castitatis) reiecerunt. Paulus his
potius dicit. Propter scortationem uitandam unusquisque
habeat suam &c.

Sed uos uotarij uestris uotis hoc non requiritis, sed
potius doctrinas demoniorū prohibentium nubere &c.
Vnde constat toti mundo, q[uod] non iuratis aut uouetis cas-
titatem sed deuouetis & abiuratis castum coniugium
Dei, de quo Heb. xiiij. dicitur. Honorable sit inter omnes
coniugium & cubile impollutum. Scortatores autem &
adulteros iudicabit Deus.

Paulus scilicet eos qui post temerarium uotum &
impium, timore Dei fiunt coniuges, paenitentiam agen-
tes & ueniam petentes a Deo de temerario & impio suo
uoto, diceret in aeternum esse damnatos, negaret eis poen-
itentiam & remissionem peccatorum, damnaret coniu-
gia eorum & diceret non esse coniugia, sed uel adulteria
uel quolibet incestu grauiora peccata, dissolueret talia
coniugia, retruderet eos in uestras carceres, in uestra mo-
nasteria, in uestras damnatas religiones, in uestras im-
mundicias

CAPVT PRIMVM

mundicias etiam corporales &c. quemadmodum uos dicitis & facitis? Quid insanitis?

Vt maxime itaq; Paulus illic de uotis nescio quibus diceret, tamen uestra monastica uota & in primis perpetui celibatus & facticiæ religionis nequaquam probat aut probare potest, ut sanctus & fidelis Apostolus Christi, quia talia omnia per Euangelium Domini nostri Iesu Christi fortissime & constantissime damnare solet.

Ex his omnibus uidetis quod Paulum (in uerbis. Habentes damnationem etc.) non habetis patronum uestræ impiæ doctrinæ de uotis, & uestræ tyrannidis in miseros qui ex uestris laqueis resipiscunt.

Quarto, Ne uideamur contentiosi, permittamus uobis, ut exponatis locum Pauli, primam fidem irritam fecerunt, de uotis. Hoc concessio, uos uotarij qui in religiones alias & doctrinas Dæmoniorum iurastis, estis impudentissimi, quod audetis hunc Pauli locum pro uestris uotorum laqueis & tyrannide citare. Nam si tempore Pauli fuerunt uota de non nubendo, de quo non constat nobis (constat tamen maxime quod neq; Paulus neq; alius Apostolus tunc talia uota docuit, uel docere posuit, ut uos facitis) certissimum est ex his ipsis Pauli uerbis, quod Paulus, secundum uestram etiam de uotis expositionem, tantum damnat illas uiduas iuniores quæ tunc uouerant, & uotum, quemadmodum exponitis, refecerant uel irritum fecerant, non tamen negat illis ipsis penitentiam, sicut uos facitis, neq; docet soluenda illarum coniugia, sicut uos docetis, sed dicit, habentes damnationem etc, id est, damnabile peccatum, quod uotum, ut uos exponitis, fregerunt, quemadmodum & alibi de uobis dicit. Scortatores, adulteri, immundi etc regnum DEI

IEREMIAE.

XXX.

DEI non possidebunt, id quod idem est cum eo, quod
hic dicit, Habent damnationem, & tamen non uultis sic
intelligi hanc damnationem, quod sitis in æternum dam-
nati propter uestras immundicias, sed cogitatis, Habe-
mus quidem damnationem, sed agemus quandoq; pœ-
nitentiam nescio quam aut quando. Cur quod sic de
uobis exponitis, non etiam exponitis de uiduis illis, que
tunc in uota sua, ut dicitis, peccauerant tempore Pauli?

Itaq; hoc uerbum Pauli, Habentes damnationem etc
si de uotis exponitis, non statuit nobis mandatum aut
regulam de uotis, neq; confirmat uota Monastica quæ
sunt impia, neq; mandatum aliud nobis facit, de quo non
erat mandatum Paulo a Domino, quemadmodum i. Co-
rint. viij. dicit se de cœlibatu mandatum Domini non ha-
bere neq; de uiduis, neq; de virginibus aut alijs, sed per-
tinet tantum ad historiam illius Pauli temporis, quod
quædam viduae Deo uouerant se non nupturas, & iam
fracta fide uoti uolentes nubere habebant damnationē
(permitto enim nunc uobis ut de uotis intelligatis, &
singatis rem tum ita habuisse) Nubere inquit, uolunt, id
est, quærunt sibi uiros quacunq; ratione, ut ante satis di-
xi, apud Iudeos, gentiles, alias sectas, ex quib; illæ ui-
duæ erant ad Christum conuersæ, & ociosæ uagantur in
alienis ædibus, loquentes quæ non oportet etc. Historia
est, Hæc tum quædam uiduae faciebant deflexę post Sa-
tanam, ut dicit Paulus, quemadmodum hodie iurati sa-
cificuli & uotarij Monachí ambiunt miserias muliercu-
las quas perdere uolunt, certe non uerbis Dei sed alijs,
nihil morati sua uota, sua iuramenta, suas perpetuas ca-
stitates, & ordinum sanctitatem.

Quid aliud hactenus auditis in Pauli uerbis, quam
M iij historiam

CAPVT PRIM V M.

historiam illius temporis, qnod quædam uiduæ ita fecerunt, quas uos dicitis uouisse nescio quid, & auditis q Paulus dicit eas habere damnationem quæ tunc ita faciebant? Nam de illis viduis tantum eum loqui certissimum est, ut statim audies, Historia illa non facit nobis legem, factum non est lex. At uos ex hac Historia legem Dei facitis, & æternum mandatum, non solum pro uoto pio sed etiam pro uestris uotis & fictis religionibus, dicentes, Sicut Paulus dicit illas viduas habere damnationem, quia primam fidem reiecerunt, id est, uotum perpetui cœlibatus ut uos exponitis Deo solenniter, (ut uobis cum loquar) factum, licet contra phrasin & rationem totius sacræ scripturæ & contra consuetudinem Pauli, ut ante dixi, id quod nunc uobis permitto, Ita & nunchabent damnationem, qui post uotum perpetui cœlibatus & monasticæ religionis matrimonium contrahere uolunt, & si contraxerint, dirimenda sunt matrimonia eorum, & ipsi carceribus mancipandi sunt et retrudendi in monasteria, alioqui ab illa damnatione quam habent liberari non possunt, ne per Iesum Christum quidem filium Dei ab illa damnatione quam habent liberari possunt si credunt in eum, sed tantum per dissolutionem casti coniugij & per nostros carceres & Monasteria, ubi uiuant in suis immundicijs qui continere non possunt.

An non pudet uos talium? Respondetis, quid pudiceret? Paulus talia vult, talia præcepit seruanda nobis. At hoc uere est impudenter mentiri, & nolle uidere quid Paulus illic manifestis & expressis uerbis uelit & præcipiat ut Apostolus Christi ex mandato Domini, ne posthac Ecclesia Christi patiatur illa scandala, qualia suscitata tunc erant per quasdam iuniores uiduas, quæ deflexæ a fide Christi secutæ erant Satanam. Nam simul cum

IEREMIAE.

XXXI.

cum historia quam audisti, (unde uos facitis preceptum,
& confirmatis uestros impios cultus & tyrannides) ins-
dignatus Paulus istis scandalis, & cauens ne posthac ista
scandala ueniant, quemadmodum mandatum acceperat
a Christo dicente, Veh mundo a scandalis etc, scribit Timo-
theo quid uelit, & præcipit, non hoc quod uos men-
timini, sed sic.

Alijs uiduis, quæ domi debent curare pro filijs &
nepotibus, præcipe ut irreprehensibiles sunt, Quæ au-
tem cupiunt ex publico ab Ecclesia ali, si iuniores sunt
reijce eas, id est, non suscipe aut retine eas alendas, ne po-
stea scandalio sint Euangelio Christi, ut quædam quæ
iam deflexerunt securæ Satanam, Non audis impietas
quid Paulus nomine Domini præcipiat in eo loco?

Et rursum, Vidua non allegatur, non eligatur, non
suscipiatur, quæ est minor annis sexaginta, scilicet ut ala-
tur ab Ecclesia, & ne sexagenaria quidem uidua suscipi-
atur nisi fuerit unius uiri uxor, in operibus bonis homi-
num testimonio comprobata, quæ filios educauit, hospia-
talis fuit, sanctorum pedes lauit, afflictis subministravit,
in omni opere bono assidua fuit. Non audis, non uides
quid in eo loco claris uerbis præcipiat Paulus, tollens
occasiones unde scandala possint prouenire, secundum
præceptum Domini?

Audi etiam quid uelit, Iam, inquit, nonnullæ uiduae
deflexerunt, securæ Satanam, Ergo ne hæc scandalia post-
hac per iuniores uiduas sint in Ecclesia Christi, uolo iu-
niores uiduas nubere, liberos gignere, domum adminis-
trare, nullā occasionem dare aduersario, ut habeat male-
dicēdi causam, id est, ne dicant gentiles aut iudei, Nostre
uiduae sunt multo honestiores uiduas Christianorum, sic
agitur apud Christianos, quis cuperet fieri Christianus?

M iiii Quibus

CAPVT PRIMVM

Quibus omnibus uerbis, in eo loco Paulus , si qua tunc fuerunt uota perpetui cælibatus (ut uos contenditis & exponitis primam fidem, id est, uotum perpetui cælibatus) tollit ea, & prohibet porro talia uota in Ecclesia Christi, ne posthac credentes in Christum uiduæ talia uota uoueant, aut si stulte & temere uouerint ne Timotheus aut Episcopus siue pastor cum Ecclesia talia uota quasi Deo facta suscipiat aut approbet. Siquidem uouet Deo quasi talia sint in ipsarum potestate ut prestent, quæ est uel ignorantia & temeritas ipsarum si donum non habent, uel ingratitudo si donum habent, nescientes quam diu habituræ sint. Ideo Deus hoc uotum ipsarum non acceptat, ut ante diximus, sed ipse, ita uouendo Deo, absunt nomen Domini inuianum, contra secundum præceptum, quod qui fecerit non erit impunitus, ut dicit lex.

Magna igit̄ Impudentia est (si concedimus uobis exponere primam fidem uotum perpetui cælibatus) q̄ ex hoc loco Pauli uultis confirmata uestrorū uotorū et religio num singulares sanctitates, & uestras tyrannides quibus cogitis uel per carceres & cathenas homines miseris manere in cælibatu, etiam si omnibus impuritatibus & immundicijs ipsis pereundum sit. Et quæreritis in eo loco Pauli doctrinam & præcepta pro doctrinis dæmoniorū, ubi Paul⁹ talia prohibet, aliter ordinat & statuit. Vos docetis sanctitatem uotorum et uestrarum religionum, qua doctrina persuadetis seductis hominibus ut uoueant & uestras sanctitates suscipiant, quo facto prohibitum est ipsis nubere. Ergo uestræ doctrinæ & traditiones sunt doctrinæ dæmoniorum, docetis enim uota, post quæ prohibitedum est nubere. Siue ergo sine uoto, siue per uotum, tamen certum est q̄ prohibetis nubere, quæ sunt doctrinæ de-

nam Dæmoniorum, quas suscipitis quia defecistis a fide Christi, ut prædictum Paulus in eadem Epistola, deflexisti a Christo secuti Satanam, ut hic dicit, Suscipitis in uestra uota & laqueos pueros, adolescentes, uirgunculas, puellas, contra manifestam prohibitionem & ordinationem Pauli, qui prohibet & ordinat ex spiritu sancto, secundum suum uerbum, Propter scortationem uitandam unusquisque habeat suam uxorem, & unaquamque suum maritum. Et audetis mentiri quod Paulus ista uestra probet & confirmet.

Producitis uerbum Pauli, Habentes damnationem quia primam fidem reiecerunt, quod pro uoto perpetui cœlibatus (ut nunc uobis permittimus) obscurissimum est, immo, ut ante diximus, aliud certo significat. Et omnia quæ ibi dicit Paulus & in præcedente capite contra doctrinas Dæmoniorum, quæ prohibet ne admittantur in Ecclesia Christi, & quæ ordinat & statuit ex spiritu sancto, ad uitandas immundicias & scandala, secundum præceptum Domini, ne uidere quidem vultis, Veh tibi impietas et infidelitas, Veh tibi blasphemia, Veh tibi impudentia, Veh tibi malicia.

Paulus iubet. Rejice iuniores viduas, dicit. Volo iuniores nubere, dicit, viduam non suscipiendam, ut ab Ecclesia alatur, nisi sexagenariam, & ne hanc quidem nisi probatissimam. Quid hæc, ad uestras uirgines et uidas uotarias? quid ad supersticiofa uota Monachorum? quid ad iuratos & periuros sacrificulos? An non blasphemia est citare scripturam contra illam ipsam? Suscipiant nostri sic uidas, quemadmodum Paulus docet, & non opus erit uoto perpetua continentiae, neque priuato, neque, ut uocant, solenni, de quo tamen Paulus nusquam in uerbum quidem dicit, sed uos hoc ei affingitis pro uestro more.

N Ex his

CAPVT PRIMVM

Ex his uidetis, in quæ incommoda incidatis, si d^eximus & concedamus uobis, ut primam fidem exponatis uotum perpetui cœlibatus & uestræ religionis. Quanto satius ergo fuissest Paulo ea non affingere, quæ ipse prohibere, & quæ ipse damnare solet, & primam fidem intelligere fidem in Christum siue ut alij loquuntur uotum Baptismi, quod est uotum & pactum primi præcepti, quemadmodum intelligit Paulus et claris uerbis exponit dicens, Nonnullæ deflexerunt Satanam secutæ:

At hic clamabunt uotarij hypocritæ pro suo more, Hoc modo peritsua laus uiduis & uirginibus, ubi manet consilium Pauli. i. Corint. viij: Vbi erunt uirgines, qui soli cantant canticum nouum & sequuntur agnum quocunq; ierit, ut est in Apocalypsi: In Elaia melius nomen promittitur Eunuchis quam habent filij & filiae. Respondeo, Ut illud melius nomen et canticum nouum non intelligitis uos iusticiarj, ita neq; uirgines et Eunuchos Propheticos, De Christianis enim loquuntur Prophetæ, qui non sunt omnes corpore uirgines, sed syncea ra fide adhærentes syncero uerbo Dei, Hi sunt qui cum mulieribus, id est, doctrinis & traditionibus humanis et falsis cultibus, non sunt coinquinati & corrupti, ut uos, cum uotarijs uestris religionibus, quemadmodum Paulus dicit Corinthijs, Despondi uos vni uiro uirginem castam exhibere Christo, timeo autem uobis ne corruptantur sensus uestri, sicut serpens seduxit Euam etc, Et Ephes. v. Ecclesia, Virgo sine ruga, sine macula, dicitur etc.

In vij. autem capite prioris Epistolæ ad Corinthios Paulus loquitur, ut ante diximus, de uirginibus & uiduis & coniugatis, non de Monialibus, Monachis & sa^cristiculis, Habent apud nos suam laudem honestæ uirgines &

gines et Christianæ uiduæ iuniores, quid enim attinet ut illam multum laudem de uiduitate quæ iam post sexagesimum ætatis suæ annum primum fit uidua? Si habentes donum, ut dicit Paulus, sua sponte uolunt ita permanere & corpore & spiritu puri & casti, laudamus, &c. si uidetur, consilium etiam damus, si non uidetur, dicimus, Iuniores uolo nubere, quemadmodum ibidem Paulus dicit, Si quis indecorum suæ uirginis putat etc, Tales nostræ uirgines & uiduæ non obligantur uotis, non abiiciuntur a parentibus & familia sua in Monasteria, ad uestras sanctitates, quibus tribuitis in uiduis sexagesimum fructum seminis, in uestris uirginissimis uirginitatibus centesimum, cum iniuria Christi & Christianorum, non intelligentes uerbum Pauli, Melius facit, Beator erit, etc quod tamen quo sensu dicat, ipse satis clare in eodem loco expressit si uidere possetis, & si esetis Christiani qui norint solum Christum esse iusticiam & sanctitatem suam, Vobis Hypocritis siue continentibus uiduis siue uirginibus, dicit Christus, Meretrices et Publicani precedent uos in regnum Dei.

Nostris uirginibus & uiduis manet liberum, si quando nubere uoliterint, non prohibemus nubere neq; per uotum, neq; sine uoto, quemadmodum prohibent uestræ doctrinæ Dæmoniorum. Et manent nostræ uirgines & uiduæ in ædibus suis, curantes domum, quemadmodum Paulus iubet Timotheo scribens, & non ociosæ comedentes alienum cibum, quemadmodum Paulus ibidem accusat quasdam iuniores uiduas, quas uos dicitis uotarias fuisse. Sicut & Paulus dicit ad Corinthios, Si quis statuit seruare suam uirginem etc, Seruare, id est, apud se retinere, non tradere nuptum, Hoc certe non est in Monasteria detrudere.

CAPVT PRIMVM.

Sic legimus in Historijs, fuisse sanctas uirgines in ædibus parentum, sanctas uiduas quæ gubernabant filios suos ac nepotes, ut præcipit Paulus talibus, scribens Timotheo, quæ potius mori uolebant quam negare Christum, quam contaminari ab impijs. Leguntur quædam nondum nubiles martyrio Christi insignes factæ, Hæ non uotis & iusticiarijs religionibus obstringebantur, sed liberrime erant quod erant, donec Deus ita uoluit.

At postquam spirituosus Montanus prohibuit nuptias, fecit multas uirgines, statuit leges ieuniorum, ueneditauit & commendauit se se & suos stulto mundo mulieris sanctitatibus & superstitionis cærimonij, quemadmodum & alij hæretici opprimentes ueritatem isto fuco & specie sanctitatis, ut semper et hodie quoq; sit, ut uides hec in Montanico Tertulliano, ne quis putet illas cærimonias tam multas et superstitiones, de quibus scribit, tunc fuisse omnibus Christianis communes, ibi tum Christiani ueri, hac specie seducti cæperunt etiam amplecti tales sanctitates, indignum iudicantes q; hæretici ipsis uiderentur sanctiores, Postea consuetudo abiit in legem, & pñ Doctores ceperunt per errorem talia docere, Tunc cæperunt uirgines relicto patre & matre seorsum habitare, mox collegia uirginum fiebant quæ nunc facta sunt superstitionia monasteria, ibi simul cum istis sanctitatibus fiebant que Cyprianus scribit de diaconis & uirginibus uotarijs, fiebant quæ sanctus Huldericus de piscina Gregorij scribit, & quædam occultiora in extremo iudicio reuelabuntur, si non per fidem in Christum hic tegantur, aboleantur, remittantur.

Hic atunt, Non omnes faciunt ista uel alia mala in religionibus uotarijs & sacrís (ut uocant) ordinibus. Respondet,

IEREMIAE.

XXXIII.

spondeo, Neq; Paulus dicit, omnes iuniores uiduas ab Ecclesia ad alendum susceptas deflexisse & Satanam secutæ, sed dicit, Nonnullæ iam deflexerunt Satanam secutæ, Et tamen ipse Paulus, non expectat donec omnes iuniores uiduæ susceptæ ita peccarent et scandalo omnes essent Ecclesiæ, sed propter nonnullas, quæ deflexerunt Satanam secutæ, destruit & prohibet omnia illa qualiaqualia fuerunt, nempe illas susceptiones, & dicit, Iuniores uiduæ reijce, siue illas quæ petunt suscipi siue illas quæ iam susceptæ sunt, siue uouerint siue non uouerint, Non enim Paulus facit differentiam, sed simpliciter sine exceptione dicit, Iuniores reijce, ne Ecclesia Christi suscipiat aut retineat eas ex publicis piorum eleemosynas siue Ecclesiasticis bonis alendas.

Quo, inquit Timotheus, reijciam eas? Respondet Paulus, Iuniores uiduas uolo nubere &c. Nulla uidua suscipiatur nisi sexagenaria, & ne hæc quidem, nisi testis monium habeat probatissimæ uitæ sive & piorum operum, quia, Nonnullæ iam deflexerunt Satanam secutæ, Horum scandalorum occasions (ait Paulus) uolo sublatas ab Ecclesia Christi siue uota sint siue tantum susceptio ad alendum ex publicis Ecclesiæ bonis.

Non auditis hæc uos uotarij? Sic & hodie iam rursum reuelata Euangelij ueritate, multo magis destruenda & abolenda sunt, secundum Euangeliū & doctrinam Pauli, uestra monasteria, iusticiaria uota, fictæ religiones & ordines, unde ut ex impia & mala arbore proueniunt illa scandalata, Veh homini per quem scandalum uenit.

Ite nunc et quærите patrocinium ex Pauli uerbis pro iusticiarijs uestris uotis, religionibus & tyrannide, qui deflexisti a Christo secuti Satanam & doctrinas dæmonio

N iij rura

CAPVT PRIMVM

rum prohibentium nubere &c. Paulus prohibet quæ uos faciuit, & condemnat per Euangelium Christi iusticias uestras.

Hic forte mihi deprecanda est culpa tantæ digressio-
nis, q̄ interim omessa Ieremiæ tractatione non solum indicauit ueram & natiuam sententiam uerborum Pauli, pri-
mam fidem irritam fecerunt, sed etiam addidi longam
confutationem aduersus eos qui nunc eo Pauli loco
impie abutuntur. Sed spero me inuenturum aliquot Le-
ctores qui mihi gratias agant, Nam illum locum Pauli
nos raro tractamus, quando interim impij uotarij per il-
lum perpetuo turbant conscientias & perdunt animas
pro quibus Christus mortuus est. Atq̄ ideo hunc tracta-
tum de uerbo Pauli in fine capitî primi adieci, ut si quis
nolit legere, statim eo omisso, possit accedere ad secundū
prophetæ caput. Hoc igitur meo uel tantillo labore con-
sulere uolui alijs, non molestus esse.

Vt igitur redeam unde digressus sum, Omnes pro-
phetæ, quoties concionantur de pænitentia, iubent redire
homines ad primam fidem, de qua loquitur Paulus, id est,
ad fidem & pactum spiritualis coniugij, ad pactum & uo-
tum primi præcepti, ad pactum et uotum nostri baptismi,
quæ est fides prima, quemadmodum quando adultera,
quæ datam primam coniugij fidem reiecit & irritam fe-
cit, reconciliatur marito suo, redit ad fidem primam, &
promittit se posthac fore fidelem uxorem sicut in primo
pacto promisit. Sic loquitur hic in Ieremia Dominus Re-
cordor q̄ fueris &c. Et ij. c. Tu fornicata es cum amato-
ribus multis, tamen reuertere ad me & Ego suscipiam te
&c. Hoc est reuerti ad fidem primam. Hosea. ij. dicit
adultera, Reuertar ad uirum meum priorem, apud quem
tunc melius mihi erat quam nunc &c. lege reliqua ibi,

Lege

IEREMIAE.

XXXV.

Lege Eze. xvi, crassissimam similitudinem reiectæ primæ fidei & uiolati pacti primi, ubi in fine capitï ita additur. Hæc dicit Dominus Deus, Et faciam tibi sicut tu fecisti quæ despexisti iuramentum ut irritum faceres pactum, Verum Ego recordabor pacti mei quod pepigi tecum in diebus adolescentiæ tuæ, & suscitabo tibi pactum sempiternum, Et recordaberis uifarum tuarum, & confunderis cum receperis sorores tuas maiorem & minorem, quas dabo tibi in filias, sed non ex pacto tuo, Ego uero suscitabo pactum meum tecum, & scies q̄ Ego sum Dominus, ut recorderis & confundaris, & non audeas ultra aperire os præ confusione tua, cum placatus tibi fuero in omnibus quæ fecisti, ait Dominus Deus. Hic uides Paulum locutum prophetarum more, quum dixit, Primam fidem irritam fecerunt;

CAPVT SECUNDVM.



VDITE VERBVM Domini o domus Iacob & omnes cognationes domus Israel, Hæc dicit Dominus. Quid inuenerunt Patres uestri in me iniquitatis, q̄ elongauerunt se a me, & ambulauerunt post uana Idola, & frustrati sunt? Et non dixerunt, Vbi est Dominus, qui eduxit nos e terra Ægypti, et duxit nos per desertum, per terram horridam & inuiam, per terram sitiæ & umbræ mortis, per terram in qua non ambulat aliquis, ne que habitat homo?

N. iiiij. Et induxi

CAPVT SECUNDVM.

Et induxi uos in terram fructiferam, ut come-
deretis fructum & bona eius. Ingressi autem con-
taminasti terram meam, & haereditatem meam fe-
cistis abominationem. Sacerdotes non dixerunt,
Vbi est Dominus? Et legis doctores non noue-
runt me, & pastores aberrare fecerunt homines a
me, & Prophetæ prophetauerunt de Baal, & ua-
nis idolis adheserunt, Perpetua contentio est mi-
hi aduersum uos, & filios uestros, dicit Domi-
nus.

Transite ad insulas Chithim, & uidete, & in
Kedar mittite, et considerate uehementer et uidete
nū huiuscmodi ibi siat, num Gentes mutent de-
os suos, qui tamen Diū non sunt. At populus me-
us mutauit gloriam suam in uanum idolum. Ob-
stupescite cœli super hoc, exhorrescite & contre-
mischite, dicit Dominus, Duo enim mala facit po-
pulus meus, Me derelinquunt fontem aquæ uiue,
& excidunt sibi uarias cisternas, sed pertusas,
quæ aquas continere non possunt.

Nunquid mancipium est Israel aut seruus ut
fiat preda cuivis? Super eum nanque rugiunt leo-
nes & uociferantur, redigunt terram eius in solitu-
dinem, & ciuitates eius exurunt, ut non sit qui in-
habitetur in eis. Filij quoque ex Noph & ex Taph-
panhes conterunt tibi caput, Hoc tu ipse tibi feci-
sti, co-

IEREMIAE. XXXVI.

sti, eo q̄ tu derelinquis Dominum Deum tuum,
quoties te ducere uult per uiam.

Ad quid uadis in Ægyptum, ut bibas aquam
Sihor? Ad quid uadis ad Assyrios, ut bibas a-
quam Euphratis? Tua malicia ita arguit te, & in-
obedientia tua ita increpat te, Sic itaque cognoscis
& experiris quam malum & amarum sit deserer-
Dominum Deum tuum, & non timere Me, dicit
Dominus Deus Zebaoth.

Siquidem perpetuo semper confregisti iu-
gum tuum, rupisti uincula tua, & dixisti, Non ser-
uiam, In omni sublimi colle, & sub omni arbore
uiridi, discurrens quærebas scortationes tuas, Es-
go autem plantaueram te uitem suauem, totum se-
men uerum, quomodo erga uersa es in uitem ama-
ram & agrestem?

Si laues te lixiuio multoque sapone, tamen ma-
gis apparebit macula iniquitatis tuæ coram Me
dicit Dominus Deus. Quomodo igitur dicis.
Non sum polluta, non adhæreo Baalim? Vide
quid facere soleas in conualle, agnosce quid fece-
ris. Discurris ut Camela in tempore concupisen-
tiæ, et ut fera in deserto cum ardet suis flammis,
quam nemo a cursu retinere potest. Si quis istud
noſſe uult, non difficile erit ei, quia in die festo
istud uidere licebit. Siste quæſo pedem, & ne ita,

O curras

CAP VT SEC VND V M
curras anhela. Sed dicis. Nequaquam, sed adama
bo alienos, & sequar eos.

Quemadmodum confunditur fur quando de
prehenditur, sic confunditur domus Israel cum
suis Regibus, principibus, sacerdotibus & Pro-
phetis, qui dicunt ligno, Tu es pater meus, et lapi-
di, Tu me genuisti. Vertunt enim ad me dorsum
& non faciem. Sed in tempore afflictionis sue di-
cent. Surge, & libera nos. Vbi ergo tunc erunt
Dñi tui, quos fecisti tibi? Surgant & liberent te in
tempore afflictionis tuæ. Nam tot Deos habes
Iuda, quot habes ciuitates.

Quid vultis contra Me iudicio contendere?
omnes defecistis a me, dicit Dominus, Frustra
percutio filios uestros, disciplinam non recipiūt,
Interim nanque gladius uester uorat Prophetas
uestros, ut leo uastator, Generatio prava, attende
uerbum Domini. Nunquid solitudo suum Israeli
aut terra uacua? Quare ergo dicit populus meus,
Domini sumus, non opus est ut sequamur te?
Nunquid obliuiscetur uirgo ornamenti sui, aut
sponsa tegumenti capitii sui? Populus uero me-
us oblitus est mei in perpetuum.

Quid niteris bonam ostendere uiam tuam,
ad querendam gratiam meam? Hoc fuko auges
maliciam. Præterea apud te inuenitur sanguis a-
nimarum

M IEREMIAE. XXXVII.

nimarum pauperum & innocentum in omni loco, Nec res est in occulto sed in manifesto in locis illis, Et tamen dicas, Innocens ego sum, auertat Ipse iram suam a me. Ecce, Ego iudicio contendā aduersum te, eo quod dicas, Non peccavi.

Quam facile deficis, nunc huc nunc illuc deci-
dens? Sed ut in Assyriam sperans confusa es, ita
& confunderis in Ægyptum sperans, Nam & in-
de egredieris manibus tuis super caput tuum con-
iunctis, Quoniam Dominus frustraneam faciet
spem tuam, ut nihil tibi habeas prosperum, Et dis-
cit. Si repudiauerit uir uxorem suam, & ipsa rece-
dens duxerit uirum alium, licebit ne ipsi marito e-
am recipere? Nonne polluetur terra illa? Tu
autem fornicata es cum amatoribus multis, tamen
reuertere ad me, dicit Dominus.

Leua oculos tuos ad Excelsa, & uide ubi non
sis constuprata, In vijs sedes expectans eos,
quemadmodum Arabs aliquis in deserto, & pol-
luis terram fornicationibus tuis & malicia tua,
Quamobrem prohibita est pluuiia matutina, &
pluuiia serotina non uenit, Frons meretricis est ti-
bi, non vis erubescere, & tamen clamans ad Me, Pa-
ter meus es, præceptor adolescentiæ meæ, Nun-
quid irasceris in perpetuum, & non desines a fu-
rore tuo? Ecce, tu doçes & facis mala & pergis,

O ij Superiori

CAPVT SECUNDVM

Penitentie
prædicatio.

Superiori capitē uocationem Prophetæ & mandas
tum quid debeat prophetare uidimus. Hic uero Propheta Ieremias, secundum sui uocationem quemadmodum
acepit mandatum a Domino, incipit prophetare siue
prædicare poenitentiam, Expostulat cum populo de in-
gratitudine & obliuione beneficiorum DEI, ex quibus
debebant agnoscere Deum patrem suum, et accusat gra-
uiter Idolatriam ipsorum & uerbi Dei contemptum, vna
de futurum else dicit ut pereant. Si quis optimus sponsus
adamauerit indignam, & eam consortem fecerit
omnium bonorum quæ habet, nonne pessimam dixeris,
si horum postea oblita contempserit maritum? Hac in-
gratitudine vtinam ne & nos essemus obnoxij, qui san-
guine Christi non ex Aegypto, sed ex peccato & inferis
liberati sumus, Vide uero quam amer, qui etiam adulter-
ram & ingratam reuocat, & ad hoc comminatur ei mala,
ne ipsa pereat.

POENITENTIA.

Misericordia
Dei Christus

Christus, Lucē vltimo, a resurrectione sua dicit ian-
futurum, ut, quemadmodum Prophetæ prædixerunt,
prædicetur in omnes gentes poenitentia et remissio pec-
catorum, in nomine ipsius. Hæc per Prophetas etiam
patribus olim prædicata sunt, ut uel in Ieremias uides, Tu
inquit fornicata es cum amatoribus multis (Hæc est præ-
dicatio poenitentiae) tamen reuertere ad me (Hæc est
prædicatio remissionis peccatorum) dicit Dominus.
Neque uero haec prædicabant sine nomine Christi, Nam
ut cuncti saepe non exprimerent nomen Christi in prædi-
catione remissionis peccatorum, ut in Psalmo, Misere-
re mei Deus etc, tamen ipsi erant populus Messiae, haben-
tes Promissiones de Christo, quod sine Christo non es-
set remissio

set remissio peccatorum aut salus cuiquam, Promissiones erant. Semen mulieris conteret caput serpentis, In semine tuo, o Abraham, benedicentur cunctæ cognationes terræ &c. Quoties ergo prædicabatur eis remissio peccatorum, qui habebant illas de Christo promissiones, intelligebant per Christum & propter Christum sibi remitti peccata, auferri uenenum serpentis, reddi uitam, Quod inde nōtum est, quia de se desperantes, cōfugiebant ad solam Dei misericordiam, Hæc uero misericordia & gratia per Christum & in solo Christo nobis exhibetur quemadmodum Deus promisit. Sicut enim omnia per Christum facta sunt, & sine ipso factum est nihil quod factum est. Ioha. i. omniaq[ue] adhuc fiunt per Christum & sine ipso nihil fit quod fit, Omnia seruantur a Deo per Christū, Chocuult hebraismus in Iohannis uerbis) quemadmodum Christus dicit Ioh. v. Pater meus usq[ue] modo operatur & ego operor, Ita Deus nobis remittit peccata & donat nobis uitam æternam per Christum & propter solum Christū, & sine ipso nihil fit, non est remissio peccatorum, non est nobis uita.

Hypocritæ non intelligentes peccatum, & nos natura nihil aliud esse quam peccatum, multa bona in se inueniunt, cum se sentiunt peccatores, & ad suas satisfactio[n]es confugiunt placaturi Deum, Peccatores autem prædicatione legis siue poenitentiæ territi, cum uident suam immundiciem, ad solam Dei misericordiā confugiunt, quā Deus promittit, ut hic Ieremias dicit, Tamen reuertere ad me &c. quemadmodū David dicit, Miserere mei Deus secundum misericordiam tuam &c. in tua iusticia(qua tu iustificas impium Ro. iii. quæ est misericordia) libera me Domine, propicius esto peccatis nostris propter nōmen sanctum tuum, Nihil enim neq[ue] in se, neq[ue] in ulla

sola fide.

O in creatura

CAPVT SECUNDVM

creatura aut opere inueniunt, quod opponant iræ & ius
dicio Dei. An non hoc est Sola fide iustificari? Siqui-
dem qui postulat misericordiam contra peccatum, ille
respicit in promissionem remissionis peccatorum, quæ
non potest nisi fide accipi. Remissio autem peccatorum
in semine Abrahæ Christo promissa est, Vnde fit, ut quo-
ties misericordia de remissione peccatorum sit mentio,
Christus ibi includatur & uere credenti exhibeat, sine
quo non est remissio peccatorum. Misericordia memi-
nerunt omnes Prophetæ contra iusticias humanas, Vn-
de Petrus Acto. x. dicit. Christo omnes Prophetæ testi-
monium perhibent, remissionem peccatorum accipere
per nomen eius quotquot credunt in eum.

Horum memineris in sacra scriptura cum legis de
Pœnitentia, de misericordia D E I, de remissione pecca-
torum, maxime uero memineris, cum legis, quod Pro-
phetæ, quod Christus, quod Apostoli iubent ut faciam⁹
Bona opera. bona opera quæ Deus præcepit, ne seductus credas te
per tua opera iustificari & saluari (quæ est infidelitas &
Idolatria) ut illi, Lucæ xvij, qui confidebant in semet-
ipsis tanquam iusti, quæ opera bona tu, ut mala arbor,
non facies, nisi prius fueris sola D E I gratia iustificatus
& bona arbor factus. Siquidem Christus, Prophetæ &
Apostoli per illa bona opera quæ facere debemus non
uolunt irritas facere Dei promissiones, de semine mulie-
bris, id est, filio uirginis etc, quemadmodum Paulus de
præceptis Dei dicit, Galat. ij. Testamentum promissio-
num Dei ante a D E O comprobatum, In Christum, lex
quæ post annos quadringentos & triginta data est non
facit irritum, ut abroget promissionem, Hebræ, vltimo:
Christus hodie & heri, ipse est & in sæcula.

Pœnitentia est quam uocamus cordis contritionem.
Prædicatio

Prædicatio pœnitentia est prædicatio legis, qua arguntur nostra peccata, ut cognoscam⁹ immundiciam cordis nostri, quemadmodum Paulus dicit, Lex est cognitio peccati, Roman. ij. Cognito peccato terremur & fūgimus a conspectu Dei, iram eius sentientes, & in damnatione mortis agentes, quemadmodum rursum Paulus dicit, Lex iram operatur. Litera occidit, ij. Corint. ij. lex est ministerium mortis & damnationis, Hoc est, non iustificat aut uiuificat (ut Pharisei sentiunt frustra) sed facit ut peccatum fiat supra modum peccans peccatum, Roman. viij. Hic non libet nobis amplius uel manifeste contemnere deum, uel presumere de nostra iusticia, sed conscientijs nostris territi desperamus, Hoc ministerio legis siue predicatione pœnitentia, quam nunc uocamus cordis contritionem, utitur Euangelium, ut prius cognoscant peccata, & agnoscant iram DEI & sui damnationem, qui per Euangelium accepturi sunt remissionem peccatorum, Conclusit enim Deus per scripturam legis omnes sub peccatum, & damnationem, ut omnium misereatur, Roman. xi. Et ad Roma. i. dicitur. Reuelatur in Euangelio ira de coelo etc, Christus dicit. Spiritus sanct⁹ cum uenerit arguet mundum de peccato & de iusticia et de iudicio etc, Sic territi prædicatione Petri Acto. ij. dicunt, Quid faciemus uiri etc. Hæc pœnitentia, quam nunc dico cordis contritionem, prærequiritur quidem ante iustificationem siue remissionem peccatorum, non enim iustificantur nisi pœnitentes & resipiscentes, sed non iustificat, neq; propter eam, sicut neq; propter nostra opera et passiones, remittitur nobis peccatum, quemadmodum uides in pœnitentia Esau, Saulis, Pharaonis, Iude proditoris. Accedens uero fides in Christum iustificat, quæ est remissio peccatorum. Sic Christus uult

O iiiij vtrung⁹

CAPVT SECUNDVM

vtruncq; prædicari, pœnitentiam & remissionem peccatorum in nomine suo, Et Iohannes Baptista & Apostoli, cum prædicant Pœnitentiam agite, addunt Appropinquit regnum cœlorum, Paulus Acto. xx. eruditissime utruncq; sic distinguit & distribuit, Annunciaui & docui uos, publice & per singulas domos, testificans Iudæis simul & Græcis pœnitentiam erga Deum, et fidem erga Dominum Iesum.

Quia uero scriptura etiam sœpe sub nomine pœnitentiæ uel sub nomine conuersionis uel reuersionis ad Deum compræhendit utrumq;, uidelicet & cordis contritionem & remissionem paccatorum, ut Marci. i. Iohannes prædicabat baptismum pœnitentia in remissionem peccatorum. Acto. xi. Ergo & gentibus dedit Deus pœnitentiam ad uitam. Ioelis. ii. Conuertimini ad me in toto corde uestro, ieunio, fletu, planctu, & scindite corda uestra & non uestimenta uestra, & conuertimini ad Dominum Deum uestrum, quia propicius etc. Nos hoc amplectentes, ne uideamur inanem aut impiorum pœnitentiam docere, sed utilem & Christianam, Ex scriptura docere solemus, Pœnitentiam salutarem habere duas partes, alteram cordis contritionem, alteram fidem in Christum, ut cognito peccato de nobis desperantes confugiamus ad Christum, Hic, ut Paulus ait Gal. iiij. lex est pædagog⁹, id est, urget ad Christum. Nihil prodest cordis contritio quæ facit desperare, nisi credas in Christum qui est iustitia, & sanctificatio nostra, resurrectio, salus et uita nostra. Hæc est salutaris pœnitentia, hæc est tota ad Deum conuersio, de qua prophetæ & psalmi sœpe concionantur.

Papistarum
pœnitentia.

Scholastici doctores sub AntiChristiano papatur,
aceperunt etiam nomen pœnitentia pro toto ad Deum
conuersione

IEREMIAE.

XL.

conuersione & hominis Impij iustificatione, Sed impiissime, (ut homines qui defecerant a fide, attendentes spiritibus erroris et doctrinis dæmoniorum &c. i. Timo. iiiij.) docuerunt pœnitentiam habere tres partes, Cordis contritionem, oris confessionem, operis satisfactionem, his tribus absolui & perfici hominis ad Deum cōuersionem uel reuersionem, iustificationem & salutem. Vbi hic est Christus? Omnia perficies tuo corde, tuo ore, tuo opere, Christus hic ad iusticiam nihil est, Christus non est salvator, Nonne hoc est, quod Petrus de eis dicit, Dominum qui eos mercatus est negantes &c. ij. Pet. ij. Contritio necessaria est, Satisfactione nostri operis impia est, qua negatur præcium sanguinis Christi, Auricularis confessio non est necessaria ita ut sine ea non sit tibi salus, Non enim debemus nos necessarium facere, quod Deus non mandauit, aut Christus non instituit, quemadmodum fecerunt Papistæ, non solum de confessione, sed etiam de multis alijs, Quam uero talis confessio (quam in nostris Ecclesijs seruamus) sit utilis ad eruditionem puerorum & inexpertorum, ad consolationem peccatorum, in qua accipitur etiam priuatim per Euangelium Christi Absolutio ab omnibus peccatis, non est nunc necessarium dicere.

Horum memineris lector per totum librum Ieremiae, quia sicut nos mandato Christi prædicamus Euangeliū, hoc est pœnitentiam et remissionem peccatorum, ita & omnes prophetæ prædicant pœnitentiam & remissionem peccatorum in nomine Christi, ut ante diximus.

QVID inuenerunt. Grauis expostulatio, Exprobrat populo, hac legis siue pœnitentiæ prædicatione, peccata, ingratiudinem, Idolatriam, & contemnitum Dei,

CAPVT SECUNDVM

ptum dei, qui eduxerat ipsos ex Aegypto per mare rubrum
per desertum, in terram optimam, ut sponsus charissimam
sponsam suam ex omnibus malis & periculis corporis &
animæ, in omnia bona sua & corporalia et spiritualia, Des-
dit enim eis Regnum corporale & Sacerdotium id est
uerbum & sacra sua, Beneficia Dei populo præstata lege
in Exodo & Iosua, Contemptum populi, principum, sa-
cerdotum & prophetarum & idolatriam eorum, lege, in
libro Iudicum, in tertio & quarto Regum & in secundo
Paralipomenon, &c, frustra enim legunt prophetas, &
frustra scribimus illis qui historias ignorant.

Regnum Sacerdotium. Maximum beneficium corporale in terris est habere
Regnum, id est, omnia quæ ad hanc uitam pertinent, &
habere ea in pace, Sed maius est habere sacerdotium, id
est, uerbum & sacra Dei, per quod Regnum æternum &
uitam æternam accipimus, Nos Christiani, utcunq; Re-
gnum Christi nō sit de hoc mundo, tamen habem⁹ etiam
promissionem Christi, Hæc omnia adiſcentur uobis, &
Christus iussit nos orare, Panem nostrum quotidianum
da nobis hodie, Satis habemus super terram, si non uersi
ad auariciam contenti sumus præsentibus, id est, ijs quæ
adsumt, donec Deus curet nobis meliora, qui dicit, Non te
desero neq; derelingo Heb. xiiij. Sacerdotio autem Chri-
stus nos summe honorauit, non quidem illa pompa Mo-
sis sine legis, neq; datis qui proprie uocentur sacerdotes,
sed datis Ecclesiæ ministris & doctoribus uerbi DEI &
tractatoribus sacrarum scripturarum, sine quibus Ecclesia
ne esset quidem, nemog; salutaretur, Et Christus mortuus
est, resurrexit & consedit in dextera patris ad hoc ut spon-
sæ suæ tales daret ministros, quemadmodū Paulus Ephe.
iiij. dicit, ex Psalmo, Christus ascendens in altum dedit
dona Hominibus, id est, quosdam dedit Apostolos, quos-
dam.

IEREMIAE.

XLII

dam Euangelistas, quosdam prophetas, quosdam pastores et doctores ad consumationem corporis Christi quod est Ecclesia &c.

Sed nos, quemadmodum illi, defecimus a uerbo DEI ad traditiones humanas & doctrinas Dæmoniorum sub Antichristiano Papatu, & suscepimus falsos DEI cultus uerasq; Idolatrias, alias saluandi rationes quam per solum Christum. Et nunc per Dei clementiam restitutum ministerium salutis, sacrum Christi Euangeliū, contemnimus, odio habemus, persequimur, ut peream⁹ quemadmodum illi perierunt, ut in Psalmo dicitur, Noluit benedictionem & elongabitur ab eo, Vtinam post tantos errores, scelera & Idolatrias adhuc audiremus uoces Prophetarum nostrorum, Quid mali feci uobis? ait Dominus, Ego tradidi unigenitum meum pro uobis, dedi uobis sanctos prædicatores & Doctores, sustinui patienter diu expectans uos ad poenitentiam, Alijs pereuntibus uobis pepercit etc, Verum hoc summe accusat in Ieremias, quod etiam admoniti post tantam auersiōnē, non dicunt, non cogitant, Vbi est Dominus qui redemit nos, ut reuertamur ad ipsum? Hæc est impenitentia.

VANA IDOLÀ, id est, quæ nihil sunt, iuuare non possunt, & cultus eorum sunt nihilī cultus. At dicunt se ita colere Deum uerum, et hunc uerum ueridici DEI cultum esse, ut dictum est in præfatione D. Lutheri. Sed Christus dicit ex Esa. Frustra colunt me, id est, omnis eorum cultus est frustraneus & uanus, qui relictio uerbo DEI, docent doctrinas & mandata hominum. Ideo sequitur. Et frustrati sunt, id est, Non sunt asecuti quod uoluerunt.

*Idola extra
ditionibus huic
manis.*

P ij Aduerte

CAPVT SECUNDVM

Differentia
false & uera
religionis.

Aduerte quod hoc uerbum Frustratis sunt, Hic pro-
prie est uerbum Spiritus sancti, quod Ieremias ex spiritu
D E I dicit. Siquidem in hoc differt omnis falsa religio
gentilium, Phariseorum, Pseudoprophetarum, Pseuda-
postolorum, Papistarum, Turcarum, Monachorum, a ue-
tra religione populi Dei et Christianorum, quod illa non
assequitur remissionem peccatorum & certitudinem si-
ue bonam conscientiam de remisso peccato & data uita
æterna, sed frustratur de omnibus quæ sperat & petit,
Hæc autem assequitur & non frustratur, quia agnoscit
quod in Psalm. dicitur, Apud Dominum misericordia et
copiosa apud eum redemptio.

Turca ieunat, non bibit vinum, sedet super terram,
tundit in oratione pectus, iactat caput, circumciditur, ha-
bet suos Monachos etc, sed frustratur. Papista docet do-
ctrinas & mandata hominum, satisfacere conatur suis
operibus pro peccatis, currit ad loca sancta, emit indul-
gentias Papales, sacrificat Deo Maosim siue Missarum,
invocat sanctos, ieunat ad honorem sanctorum, hac uia
ta defunctorum, sacrificat eis, confidit eorum patroci-
nio, assumit singulares fraternitates, aspergitur aqua, ut
uocant, benedicta, emit sibi multa missalia sacrificia, emit
absolutiones Episcoporum suorum (qui ungunt lapi-
des & rasos trunco, & baptizant campanas, & ornant
suos cultus & mendacia uanis indulgentijs) emit sibi me-
rita & bona opera Monachorum, fit Monachus niger,
albus, varius, fit Carthusianus, Hos alienos Deos habet
quibus fidit, & dicit hæc esse cultum Dei & ueram reli-
gionem, & tamen frustratur, non assequitur per talia re-
missionem peccatorum, ut habeat bonam & certam co-
ram DEO conscientiam sibi remissum esse peccatum, se-
esse indubitate filium D E I, se certo habere uitam æter-
nam

IEREMIAE.

XLII.

nam, Nulla enim falsa religio, neq; Iudaica nunc, neq; Turcica, neq; Papistica hanc certitudinem & ueritatem alsequi potest.

Ideo Papistici Doctores et Monachi, cum uidarent se post tales conatus & cultus manere in dubitatione, incertos et dubios num uere esset eis remissum peccatum, essent filii DEI & salui, incepérunt docere & certo statuere quod Christianus debet dubitare num uere habet at remissionem peccatorum, placatum Deum & salutem, Quia, inquiunt, Qui dubitat continetur in humiliata, qui autem humiliat se, exaltabitur, Id est, ut ipsi dicunt, qui dubitat saluabitur. Si autem aliquis (ut aiunt) eò dementiae (sic uocant) peruerterit, ut certo credat sibi remissum esse peccatum & se certo habere uitam æternam, nihil dubitans, is magna præsumptione superbit, Ideo illum Deus destruet, quia Deus superbis resistit, & qui se exaltat humiliabitur. Non audis doctrinas Antichristianas illorum qui defecerunt a fide 1. Timot. iiiij? Quia post omnes suos labores & uanos cultus sic sentiebant, Nos qui præ cæteris sumus sancti patres & multa facimus, non possumus omni nostra sanctitate eò peruenire, ut certo sciamus nos propicium habere Deum. Multo minus alij qui non sunt in tam sancto ordine neq; tanta bona faciunt ut nos, possunt ad illud certitudinis peruenire, Si enī aliquis suis meritis eò posset peruenire, nos certe perueniremus. Videtur ergo Deus uelle nos dubitare, ut contineamur in humilitate, Ideoq; hoc docebimus, quod Christiano sit dubitandum, Vides q; frustrati sunt etiam optimi inter nos, sicut & Frustrati impii Iudæi suis cultibus, & gentiles suis iusticijs. Non enim possunt inuocare neq; exaudiuntur. Quomodo enim inuocarent qui non credunt? quomodo crederent

P iij qui

CAPVT SECUNDVM

qui docent dubitandum de bonitate Dei erga nos, et in
terim confidunt in suis operibus, ordinibus, religioni-
bus, meritis: quae sunt dij alieni ipsorum.

Nos autem Christiani non presumimus de nobis et
nostris meritis, atq; adeo agnoscimus nos ex nobis esse
peccatores & damnatos & desperamus de nobis, sed cre-
dimus in Iesum Christum filium DEI, per quem, & pro-
pter quem certo remittuntur nobis peccata, sumus in
dubitatem filij Dei, uiuimus cum gratiarum actione bona
conscientia coram Deo, & uere ac certo habemus uitam
æternam, Dubitare non est credere sed infidelem esse et
manere sub ira Dei, sib qua sunt omnes homines, quo
quot non liberantur per illud benedictionis semen A-
brahem promissum, Christum Iesum Dominum nostrum.

PER TERRAM SITIS, id est, ubi
non licebat uiuere hominibus, Deerat enim & aqua &
omnia quae ad uictum pertinent. Vbi Dominus bis ex
silice dedit aquas largissimas, Exod. xvij. Num. xx. Et
induxi uos in terram fructiferam, scilicet Cananæorum,
quā Moses dicit terram lacte & melle manantem, id est,
copia omnium rerum abundantem. Quid ergo male
meritus sum de uobis, ut me relicto declinetis ad doctri-
nas & traditiones humanas, prophetantes & docentes
de Baal, id est, alios cultus, & adhæreatis non viro uestro
DEO, ut maneatis in ipsius uerbo, sed uanis idolis per
quae frustramini, id est, nihil accipitis nisi perditionem.

*Vanitas est
uana doctrina
id est, Idolatria.*

VANITATEM, ut dixi, vocat Prophe-
ta Ieremias falsum Dei cultum & Idolatriam, id est, cul-
tum qui est sine uerbo & contra uerbum Dei tantum ex
doctrinis hominum humana cogitatione excogitatus,
quò nos

quò nostra stulta sapientia & ratio propendit, vbi nobis
relicti sumus sine spiritu D E I, Lutherus Psalmo xxiiij.
& alibi, rectissime et significanter uertit uanum siue ua-
nitatem uanam doctrinam, Vbi legimus, Qui non acce-
pit (in Heb. leuauit) in uanum uel ad uanum siue ad ua-
nitatem animam suam, sic uertit. Qui non delectatur ua-
na doctrina, Nam leuare animam quid sit Hebræis, di-
cam alias uel in hoc Ieremìa.

VMBRAM MORTIS vocant He- *umbra mors*
bræi, ubi est tenebrosum, id est, omnia infasta, ubi nihil *tis.*
boni adest, nihil commodi, ubi non libet agere, unde cu-
pimus quam primum euadere, quia deteriora illuc meru-
imus quam coram uidemus, Siquidem pereundum no-
bis est, nisi quam primum ad commodiora loca perueni-
amus, quemadmodum quando filij Israel erant in deser-
to, & clamabant, Hic non est potus neq; panis, non est a-
ger qui colatur etc, reuertamur in Aegyptum, Sic ouis
in ualle tenebrosa & desertis syluis, ubi a grege & pasto-
re aberrauerit, est in umbra mortis, non solum non ha-
bens tutelam, sed etiam lupis obnoxia. Sic & in umbra
mortis ambulamus, quando in lucis & desertis sumus,
ubi non solum omnia quæ requirimus defunt, sed etiam
periculum nobis est a latronibus, quod alij ibi intersecti
sunt. Granatim ibi sumus, & gaudemus inde liberati,
Ibi enim est imago mortis, nihil uersatur ob oculos nisi
infolicitas & mors. Siquidem Hebræi tenebras info-
licitatem, lucem fœlicitatem dicunt, ut saepe in Psalmis,
ut ibi. Exortum est intenebris lumen rectis corde etc.
Item lux orta est iusto & rectis corde leticia. Item, Illu-
minet Deus vultum suum super nos etc, Hoc modo lo-
quitur quis Christi in Psalmo. Si ambulauero in medio
P' iiiij. *umbrae*

CAPVT SECUNDVM

vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.
Homicida aliquis coniectus in carcerem, ut publico iudicio occidatur, recte dicitur sedere, id est, habitare in umbra mortis, nihil enim ibi uidet nisi mortem, edens et bibens cogitat mortem, dormiens somniet se rapi ad supplicium, & uel media nocte cum nullus homo accedit, si Mus aliquis ibi currat, metuit adfuisse lictorem, adeo iam totus est in morte etiam antequam occidatur. Si postea ex isto periculo, per gratiam principis, præter spem, liberatur, rectissime dicitur, Hebreo more rediisse saluus ex regione umbræ mortis, atq; adeo ex inferis & morte rediisse, ut saepe in Psalmis, Eruisti ex inferno animam meam, Item, Eripuit animam meam a morte, oculos meos a lachrymis, Hoc enim in sacris literis transfertur ad conscientiam hominum perpetuo timore damnationis & mortis æternæ laborantium, qui sedent, id est, habitant in tenebris, id est, ignorantia gratiae Dei, & in umbra mortis, qui ut Hebræ. ij. dicitur, metu mortis per omnem uitam obnoxij erant seruituti, Sic canit de Christo beatus Zacharias Lucæ. i. Remissio peccatorum prædicatur per uiscera misericordiae Dei nostri, in quibus uisitauit nos Oriens ex alto, Illuminare ihs qui in tenebris & in umbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in uitam pacis.

Contaminauerunt
ingrati terram sanctam

INGRESSI autem, Postquam Deus purgauerat terram promissam ab impuritatibus & idolis trijs Canaanorum, expulsis inde et deletis ipsis Canaanis, dedit eam filiis Israel, & uocauit eam terram suam, terram sanctam, hereditatem et possessionem suam, quod ibi nunc habitarent filii Israel, populus Dei, & ibi haberent Regnum & Sacerdotium Dei, uerbum Dei, altare & omnia sacra

IEREMIAE.

XLIII.

nia sacra Dei, Ipsi autem filij Israel egregiam gratiam redentes Domino, terram fructiferam & sanctam quam acceperant a Domino contaminauerunt suis impuritatibus & scelerib⁹, plus quam ante Cananę & Amorrheę, et hereditatem Domini, id est, eandem terram, quam acquisiuerat dextera sua, expulsis Cananæis ut dicitur, psalm. lxxvii. Ifecerunt ut eset Domino abominatio, sua falsa doctrina, seductione, fictis Dei cultib⁹ & ueris idolatrijs. Hæc scilicet perpetuo ferret Deus?

Deus semper tulit peccatores, istos autem contemnptores ferre tandem non potest, quorū peccatum fit maius & damnatio grauior, quando increpati uerbo Dei per prophetam non resipiscunt, Nam interim expectat eos Deus ad pœnitentiā Ro. ii. quibus impenitentibus melius fuisse tam ueritatis ignorasse, quam q̄ retrocedunt a sancto ipsis tradito mandato, ij. Pet. ii. Funt enim posteriora ipsorum peiora prioribus, Sicut factum est Iudæis, generationi pessimæ, Lucæ. xi. propter quos terra dilecta Deo iam facta est abominatio & abominata Deo, ut uidetas illud quod uulgo dicimus, locus non sanctificat hominem, sed homo locum uel sanctificat uel Impurat. Quæ autem sit contaminatio & abominatio terræ sanctæ sive terræ Dei, addit̄ Ieremias. Sacerdotes non dixerunt &c. Omnes deseruerunt uerbum dei a minimo usq; ad maximum, Non est in eo populo sanitas Esa. i. &c.

PERPETVA contentio. Contendit Deus aduers⁹ maliciam hominum & idolatriam ficti culstus & excogitatae religionis, ubi docentur doctrinæ & mandata hominum, contendit, inquam, foris per prophetas & prædicatores uerbo Dei damnantes talia, intus ue-

Contendit
Deus.

Q ro con-

CAPVT SECUNDVM.

ro confundendo, per prædicationem poenitentiae , consci-
entias, ut erubescant homines , & requirant Dominum,
dicentes, Vbi est Dominus ? quodnam est Dei uerbum.
& uoluntas ? Reuertamur ab erroribus & malicia nostra
ad Dei ueritatem, Quemadmodum nunc rursum reuelas-
ta ueritate Euangelij contendit Deus per predicatores &
doctores contra nostros errores, traditiones & fictos Dei
cultus, idolatrias & religiones, ut agnoscentes nostra ma-
la reuertamur ad Euangelium gloriae Dei. Quod autem
dicit, Perpetua contentio est mihi, &c. significat eos hacte
nus non resipuisse, Perpetuo, inquit , damno uestra mala
qua non deseritis, & impenitentes permanetis.

Hæc magna gratia Dei est, q̄ ne peccantes quidem
suos deserit aut ab̄scit, sed increpat eos ut pater filios , &
promittit remissionem peccatorum resipientibus. Sed
horrendum Dei iudicium est, quando Deus dicit, Gene.
vi. Non iudicabit uel, non contendet posthac Spiritus
meus in homine uel hominibus, id est, Non audient ultra
increpationem sanctæ prædicationis , Quemadmodum
pater aliquis increpando fatigatus & desperans de inobe-
dientibus filijs, dicit frustra tentauit omnia, cogor eos des-
serere, Sic de perduto Regno Israel, dicitur iiiij. Reg. xvij.
Factum est cum peccassent filij Israel Domino Deo suo
&c. lege reliqua. Et de perduto Regno Iuda, iiij. Parali.
xxxvi. Rex & uniuersi principes sacerdotum & populus
præuaricati sunt inique iuxta omnes abominationes gen-
tium, & polluerunt domum Domini, quam sanctificauer-
rat sibi in Ierusalem, Mittebat autem Dominus Deus pas-
trum ipsorum ad illos per manum nunciorum suorum,
de nocte consurgens & quotidie commonens, eo q̄ par-
ceret populo, & habitaculo suo, At illi subsannabant nuns-
cios

cios Dei, & parui pendebant sermones eius, illudebantq^{ue}
prophetis, donec ascenderet furor Domini in populo ei^{us},
& elset nulla curatio, &c. lege reliqua.

TRANSITE AD. Chitim , quod ^{Chitim}
nostrī legunt Cethim uel Kethim , sunt Macedones &
aliij Græci & Itali, Macedones absq^{ue} dubio dicuntur Ke-
thim,i. Machab.i. ubi dicitur Alexander Magnus egre-
sus de terra Kethim. Kedar autem siue Cedar est regio ^{cedar.}
Agarenorum siue Arabia, a filio Ismaelis dicta, qui uoca-
batur Kedar, Gen. xxv.

Non laudat hic Deus gentiles, q^{uia} constantes sunt res-
tinentes Deos suos, sed collatione arguit Iudæos , q^{uia} uer-^{Nouissima hoc}
rum Deum & beneficium abiisse posunt, quando illi ^{minis peiora.}
uanos Deos, per quos nihil assequuntur, non abiiciunt. ^{Luce.xi.}
Quo manifeste dicit eos qui cognita ueritate uerbum
DEI abiiciunt, postea fieri ipsis gentilibus gentiliores.

GLORIA M^{ariae} suam. Id est, uerum & be- ^{Deus per uera}
neficium Deum & uerbum Dei, quo cognoscitur uolun-^{bum est gloria}
tas Dei bona erga nos, mutauit populus, in doctrinas hos
minum & uanos cultus D E I, quo non Deus colitur sed
Idolū id est, res nihil, quemadmodum Christus dicit ex
Esaia, frustra colunt me, id est, frustaneus est omnis cul-
tus eorum & uanitas, qui docent doctrinas & mandata
homínium, de quibus idolis & cultibus, supra dictum est,
Ambulauerunt post uana idola & frustrati sunt.

Deus per uerbum suum est gloria nostra actiue &
passiue. Ipse enim glorificat nos credentes & suscipientes
uerbum ipsius, facit nos filios esse Dei & dat nobis tem-
poralia & æterna bona. Nos uero credentes uerbo eius
uicissim glorificamus eum, agnoscentes eum esse patrem

Q uia nostrum,

CAPVT SECUNDVM.

notrum, fidentes bonitate eius, adhærentes ei etiam cum penuria affligimur & mala patimur, certo sperantes q̄ sit succursurus & liberaturus, quemadmodum Moses dicit. Deut. viij. Afflixit te penuria, ut tentaret etc. prædicantes eius misericordiam, inuocantes eum & gratias agentes. Sic Abraham dedit gloriam Deo, credens in spem præter spem, & q̄ Deus posuit & uelit facere alioqui impossibilia, postquam promisit, promissioni Dei credere est glorificare Deum & gloriari de Deo q̄ talem habemus Deo um qui possit & uelit nos iuuare & glorificare, O ineffabilem gloriam creditum, De⁹ enim est gloria ipsorum. Alioqui omnes homines peccauerunt Ro. iij. & uacant gloria Dei, id est, non possunt increduli gloriari de Deo, q̄ sit pater ipsorum, q̄ remittat ipsis peccata, quod det ipsis uitam æternam, sed licet sese uarijs & multis quasi DEI cultibus sese torqueant, tamen manent in obscuritate sensus sui, &c. Col. ij. ut ante dictum est, frustrati sunt. Et Ro. i. Mutauerunt gloriam immortalis Dei in imaginem hominis, uolucrum, serpentum, pecudum, id quod desumus ptum est ex psalmo ubi dicitur de uitulo Aaron. Et mutauerunt gloriam suam, id est, Deum qui gloriose eduxerat ex Aegypto, per mare rubrum &c. in similitudinem uituli comedentis pænum.

Cœli.

OBSTUPESCITE COELI, Vel Obstupesce cœlum etc. Hebræi semper dicunt in plurali Samaim, id est cœli, sicut latini dicunt tantum in plurali Nuptiæ nuptiarum. Ideo ex hoc nomine non opus est disputatione de multis cœlis. Nam quod Salomon in oratione ad Deum dicit. iij. Reg. viij. Ecce cœli & cœli cœli, uel cœli cœlorum non capiunt te, (ubi ter ponitur Cœli) hunc uidetur habere sensum, Domine tota terra non caspit te,

pit te, quanto minus hoc templum, quod est super terrā, includet & comprehendet te. Ecce cœli, id est cœlum, & cœli cœli, id est, etiam si essent multi & infiniti cœli, non comprehenderent te infinitum & immensum, qui contineat omnia, es intra omnia & extra omnia, incomprehensus. Tamen non repugno si quis etiam in faciis literis contenderit cœlos dici quos nos cœlos & orbes cœlestes uocamus, modo scias scripturam, ut audisti, cœlos tantum in plurali dicere & facere uarios cœlos secundū varietatem terrarum, ut huius populi sit aliud cœlum, aliud alterius populi etc, Deus est super omnes cœlos, Christus ascendit super omnes cœlos, id est, ubique adest super omnes omnium terrarum homines. Qnod nostri interpres recte uertunt nunc cœlum, nunc cœlos, ut in principio Geneseos, In principio creauit Deus cœlos & terram, quis ibi non recte uersum diceret, creauit Deus cœlum & terram. In oratione Dominica Hebraismus est, Pater noster qui es in cœlis, pro qui es in cœlo. Sed uideamus huius loci sententiam.

Vniuersum, quod uocamus, quandoque significatur Vniuersum, in scripturis sanctis, cœli et terræ nomine, ut in principio creauit Deus cœlum & terram, id est, omnia quæ sunt, siue totum vniuersum. Quandoque ita explicatur, Cœlū, terra, mare & omnia quæ in eis sunt, ut saepè in Psalmis & Prophetis. Non unquam etiam tantum cœli nomine, quo significatur, quicquid cœli ambitu continetur, ut hoc loco.

Obstupescet cœlum super hoc, id est, propter istam inobedientiam, contemptum DEI & Idolatriam populi impenitentis, qui nullis DEI misericordiis, terroribus, plagiis potest emendari aut permoueri ad poenitentiam, licet clamet per suos Prophetas, tamen nihil efficit etc.

Creatura in
gemiscit.
Roman. 8.
Armatur con
tra impietas
tem.

Q. iii Exhorresce

CAPVT SECUNDVM.

Exhorresce cœlum, id est, omnis creatura Dei detestare hanc huius populi impudentiam & scelera, quod dereliquerunt Dominum.

Hæc uerba in Prophetis non solum sunt Prolopeia, sed creaturæ Dei uere audiunt, etiam aures non habentes, cum impij contemptores non audiunt, quemadmodum Moses testes uocat suæ doctrinæ cœlum & terram, dicens. Audi cœlum quæ loquar, audiat terra uerba oris mei. Et Christus, Ite, inquit, in mundum uniuersum & prædicate Euangelium omni creaturæ, ut omnis creatura sit testis quod ubiq; prædicatum est Euangeliū, & nemo habeat excusationem in die iudicij, quasi non audierit, quemadmodum Paulus Roman. x. Nunquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exiuit sonus eorum & in fines orbis terræ uerba eorum. Sic audit creatura, ut testificetur contra contemptores uerbi Dei, & commoueatur mandato DEI, irritantis & armantis omnem creaturam aduersus impietatem, ut qui antea omnibus abundabant, quietissima pace fruebantur, quibus omnia seruiebant, cœlum, terra, homines etc; ijs nunc cœlum neget pluviā, aut alioqui inclemētia sit, aer pestilens, sit ignis absumat domos & rem familiarem, aqua exundans sata mergat, bestiæ damna inferrant, uermes & bruci omnia terræ nascentia uorent, uaria pericula, uaria damna, uariæ mortes accident, seditiones excitentur, ast ligantur & pereant per Assyrios, Chaldæos, Romanos, per hostes qui antea metuebant, quando Deus protector erat, per Turcas, ut nunc accedit nobis.

Nunquam & nusquam sumus tuti, postquam sumus traditi in reprobum sensum aduersus Deum, horrenda scelera committimus, Roman. i, malis conscientijs laboramus,

IEREMIAE.

XLVII.

laboramus, omnis creatura Dei armata per Deum contra nos, detestatur et persegitur nos, nihil lucis, id est, fœlicitatis, gaudij & pacis est nobis, sed omnia sunt nobis tenebræ. Ipsum cœlum lucidissimum & omni aliæ creaturæ benignissimum, nobis est turbatum & iratum, Sol, omni creaturæ iucundissimus, nobis obscuratur, Luna alijs lucens nobis tenebrosa est. Sic Esaias cap. xiij. de reunitibus & occurrentibus Babylonij dicit. Obtenebratus est Sol in ortu suo, & Luna non splendebit in lumine suo, Ecce dies Domini crudelis etc. Super hoc cœlum turbabo & mouebitur terra de loco suo, Cum tandem interim uictorib⁹ Mœdis & Persis applaudebant omnia, cœlum, sol, luna, stellæ, terra etc, quemadmodum de eis, ibidem dicitur, Exultantes in gloria mea, Quod quidam non intelligentes, exposuerunt tales locos Prophetarum (ubi de perditione impiorum dicitur) de extremo iudicio, propterea quod Christus prædicit. Sol obscurabitur etc.

Lege Exodum, Vide in plagiis Aegyptiorum, quam armet Deus contra eos, cœlum, terram, aquas & ea quæ in eis sunt, donec contumaces pereant, Contra blasphematos filios Israël misit igniuomos serpentes, Contra Cananeos misit crabrones, Deut. viij. ut scirent se in iudicium DEI cecidisse pereuentes antequam Filii Israël aduentarent. Terra illa, in qua regnauerant abundantes copia omnium rerum, iam amplius sub illo cœlo eos non ferebat, Utinam uel in istis Dei iudicijs resipiscamus & reuertamur ad Dominum, quemadmodum Paulus dicit 1. Corint. xi. Cum iudicamur, a Domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur, Sed multi indurantur ut Pharao, ut impenitentes Iudei, de quibus dicitur, Es-

Q. iiij. saïæ.

CAPVT SECUNDVM.

I&lae; ix. Populus non est reuersus ad percutientem se, &
Dominum exercituum non requisierunt.

Quidam hodie ex principibus nostris & stultis Episcopis postquam nunc Turca tenet Hungariam, & metuunt sibi a Turca Poloni, Austria, Carinthia, Moravia, Silesia & magna pars Germaniae, inuestigant diligenter num sit aliquis qui non ieunet in uigilijs (ut uocant) Apostolorum, capiunt & ultimo supplicio dignos iudicant sanctos præsbyteros qui sincere prædicant Euangeliū pacis æternæ, & eos qui illud confitentur, per istas idolatrias & idolomanias & per condemnationem sansguinis innocentis, uolentes placare iram DEI, in quam se uident incidisse, & blasphemantes, q[uod] propter prædictum Euangelium Christi ista mala per Turcam patiuntur. Plane non aliter quam Achas Rex Iuda, qui per Syros perditus uoluit placare Deos Syriae, & punitus & uastatus a Deo per Philistæos, per Assyrios &c. multiplicauit altaria, & cultum Dei, ut Deum haberet aduersus hostes propicium, ut nostri faciunt suis cultibus Sanctorum, pro cessionibus, Missis, iusticijs humanis contempto uerbo Dei & Euangeliō Christi. Et cæci (quemadmodum Iudeorum Principes, Reges, Sacerdotes, prophetæ & Populus, contra quos agit Ieremias) non uident, q[uod] propter suas idolatrias & fictos cultus, quæ nunc damnantur per Euangelium gloriae Dei, & propterea quod contemnunt, blasphemant, oderunt, persequuntur Euangelium Christi inciderunt in hanc calamitatem, ut adhuc resipiscant. Sed quemadmodum mulier contemnit amatorem suum, ita me contemnit domus Israel, dicit Dominus. Non ergo leue uerbum prophetæ est, sed graue ualde, & iudicium indignatione Dei plenum, Obstupecite cœli, horrescite & cons

IEREMIAE.

XLVIII.

& contremiscite, dicit Dominus, Id est, quicquid contineatur sub cælo, omnis creatura ingemiscat, indigne ferat & doleat hunc Dei contemptum, idolatriam, ingratitudinem, blasphemiam humanarum doctrinarum, ficti cultus & falsarum religionum.

D V O M A L A. Elegantissima allegoria uel similitudine eruditissime exprimit peccatum ipsorum propter quod perituri sunt nisi resipescentes poenitentiam agant, & reuertantur ad Dominum quem dereliquerunt, Hæc duo mala cohærent & secundum post primum necessario sequitur, Derelicto enim Deo, id est, uerbo Dei salutifero, querimus magno studio alia per quæ fuuemur & saluemur secundum doctrinas humanas, sed frustra, ut infra dicit. Siste quæsio pedem, & ne ita curras anhela, Nequaquam, sed adamabo alienos & sequar eos, psal. xv. Multiplicati sunt dolores eorum qui post alium accelerant.

Se dicit Deus fontem uel scaturiginem aquæ uiuæ, id est aquæ, quæ ultro suggestis et perpetuo profluit et adfluens nobis, sine nostro sumptu & labore, nativa tantum fontis bonitate & abundantia, Habentes enim uerbum Dei, id est, credentes, habemus Deum nobis propicium & patrem, is omnē misericordiam, id est, beneficentiam effundit super nos, quos facit per fidem filios suos, quemadmodum Ioh. i. dicitur, dedit eis potestatem filios Dei fieri, ijs qui credunt in nomen eius, qui non ex sanguinib⁹ &c., suggestit nobis perpetuo ut fons aquam uiuam mera sua bonitate & gratia sine nostro opere, non nostro merito, peccatores enim sumus & ex nobis damnati, id est, suggestit & effundit nobis creditibus in Christum omnia quæ æternæ & huius uitæ sunt, (hæc est aqua uitæ) uerbum

R uitæ

CAPVT SECUNDVM

uitæ æternæ, datis pījs prædicatoribus & doctoribus, dat sua Sacra menta, dat iusticiam suam siue remissionem peccatorum, exhortationem, consolationem, spiritum sanctū suum, uaria dona, quibus ædificatur & ornatur Ecclesia, Adeat nobis in omni tentatione & necessitate corporis & animæ, dat panem quotidianum, adiūcit nobis omnia quæ ad uiictum attinent, secundum promissionem. Hæc omnia adiūcentur uobis, conseruat nos ne pereamus per diabolum, mundum, carnem propriam.

Abolitio legis. Ipse abolet nobis legem per filium suum in quem credimus, ne lex damnare nos possit, quæ damnat omnes homines, qui non credunt in Christum. **Impletio legis.** Efficit in nobis per spiritum sanctum, primum ut credamus in filium, & hac fide fiamus filij DEI, iusti & in æternum salui, Deinde ut uaria DEI dona, id est, Apostolos, Evangelistas, Prophetas, Pastores, Doctores, Ephe. iiiij. habemus ad perficiendum corpus Christi quod est Ecclesia, Tertio, ut bonæ arbores, id est, iusti & filij Dei facti, bonos fructus pariamus, bona opera faciamus quæ Deus sua lege siue præceptis in prima & secunda tabula mandauit, & tamen per eundem Spiritum sanctum siue spiritum fidei continet & retinet nos, ne confidamus in bonis operibus, quæ facimus secundum mandata DEI, quemadmodum iusticiarū illi, Lucæ. xvij. qui confidebant in semetipsis tanquam iusti & aspernabantur cætros, sed confidamus in solo DEO per Iesum Christum Dominum nostrum, scientes illud. Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt uobis, dicite, serui inutiles sumus, quæ debuimus facere, fecimus. Scit etiam quod hæc bona non faceremus, nisi ipse per Spiritum sanctum daret nobis ut faciamus. Scit etiam quod quæ bona a DEO præcepta

IEREMIAE.

XLIX:

præcepta facimus, acceptat Deus ut sancta sacrificia, & placent Deo, propter Christum in quem credimus, id est, quia nos ante placemus ei propter Christum cui fide incorporati sumus & filii Dei facti. Et ita placent DEO nostra bona opera non solum secundæ tabulæ, sed in primis primæ tabulæ, sine qua altera nihil est, ut reddat nobis mercedem, non meritam sed promissam filijs, id est, credentibus, non alijs, corporalia & spiritualia bona.

Sciamus præterea, cum facimus omnia quæ præcepta sunt nobis, quod legem implemus, quemadmodum Paulus ait. Qui diligit proximum legem impleuit, Implemus uero non nostro opere interno & externo, id quod est impossibile, & qui hoc conantur, quasi impleta lege per opera salui sint, semper manebunt sub lege, & sub ira Dei, Roman. ix. Israel sectando legem, in legem iusticiæ non peruenit, quia quasi ex operibus & non ex fide, Sed implemus legem per gratiam DEI, ut Augustinus loqui solet, Scire enim debemus, quod illa quæ facimus, quæ Christus uocat omnia, dicens, Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt uobis etc, minima sunt ad ea quæ lex exigit & quæ non facimus, Perpetuo enim plus exigit Lex dicens, Ex toto corde, ex tota anima, ex omnibus uiribus tuis, Ille exactor etiam damnaret nos omnia facientes, nisi Christus nos ab exactore & damnatore lege liberasset, ut nunc impleamus legem non sub exactore lege, sed sub Christo, natura spiritus sancti id postulante ut benefaciamus, qui datus est nobis.

Quomodo ergo implemus legem per gratiam Dei? Deus dedit nobis spiritum filii sui, per quem liberamur ab exactione & damnatione legis, sumus iusti & filii

Per gratiam
implemus le-
gum.

R. ij DEI

CAPVT SECUNDVM

Dei in æternum salui, inuocamus Patrem in omni necessitate nostra, credentes quod exaudimur in nomine Christi. Ad hoc enim propriè dedit Deus nobis Spiritum filij sui, ut in eo clamemus Abba pater, Galat. iiiij. Hic sumus filij Dei & in gratia Dei, Deo accepti. In hac gratia Dei habemus etiam ad hoc Spiritum sanctum, ut legem implamus, id est, Deo mandanti obediamus. Hoc est, bonam uoluntatem habeamus & benefaciamus, quisque secundum uocationem suam, iustificati ergo & filij Dei facti, incipimus facere legem, & haec inchoata obedientia placet Deo & acceptatur ab eo pro perfecta obedientia, & habet eam quasi omnia fecissemus, & quæ nondum facimus, & quæ perperam contra legem fecimus & adhuc facimus (Optime enim omnia facientes, sumus adhuc peccatores) illa non imputat nobis, quia habemus apud eum remissionem peccatorum per Christum. Hoc est igitur implere legem ex gratia Dei, non ex opere nostro quod est imperfectissimum, cum ex fide facimus quæ Deus præcepit, & illa opera nostra, licet imperfectissima pro perfectis ex gratia acceptat Deus, quasi totam legem fecissemus, & quæ nondum facimus aut malefacimus, non imputat nobis sed remittit nobis peccata ex eadem gratia. Hic lex nostra bona accusare non potest, quia aduersus huiusmodi non est Lex, Galat. v. Et nostra mala damnare non potest, quia ea non inuenit in nobis, sunt enim a Deo remissa, tecta, abolita. Hic etiam ipsa Lex iudicabit legem impletam, ubi nihil inuenit quod damnet, sed bene uidet non impletam esse opere nostro, sed gratia & imputatione Dei, qui suam iusticiam nobis imputat, & nostram iniusticiam non imputat nobis. Huic gratiae Dei lex cedere cogitur, Non enim sumus sub lege, sed sub gratia Dei in Christo, Roma. vi. Et Deus operatur

IEREMIAE.

L.

us operatur in nobis & uelle & perficere pro sua erga
nos bona uoluntate. Philip.ij.

Vides itaq; Deum credentibus esse Patrem & fon-
tem aquæ uiuæ, qui largitur nobis omnia quæ æternæ et
quæ huius uitæ sunt, & facit nos filios DEI, Hæredes
Regni æterni, ut non dicam, quod tandem Christus in
extremo abolebit mortem in æternum, & tradet Regnū
Deo & Patri, i. Corint.xv. Omnia nobis proueniunt ex
illo fonte, ita ut etiam bona opera nostra, quæ nostra
sunt, quia nos facimus ea, ipsius sint, cuius spiritu fiunt,
& cui ea ex gratia accepta sunt etc, Ita Prophetæ prædi-
cauerunt Deum & Dei gratiam, & prædixerunt in Ec-
clesia prædicandam DEI gratiam in Christo pro nobis
mortuo, quod Deus omnia facit pro nobis, & quod non
iustificamur nostris operibus aut nostra iusticia, ut Psal.
xxi. Venient & prædicabunt iusticiam Dei populo na-
scituro quod Ipse facit, Hæc est iusticia Dei, quod ipse est
fons aquæ uiuæ, id est, quod Ipse facit omnia nobis in sa-
lutem.

Sed uide nunc impietatem ingrati populi. Me,in-
quit, derelinquunt fontem aquæ uiuæ, id est, Verbum
meum abiiciunt, & cupiunt uiuari & saluari per doctri-
nas & mandata hominum, per sua opera, per suos exco-
gitatos Dei cultus, per suas falsas religiones, Hic stultissi-
mæ & insanissime laborant & afflixunt se frustra, non
uiuantur, nunquam pacem conscientiæ coram DEO
assequuntur, sed pereunt potius per talia in corpore &
anima, ut Iudæi abiecti in Assyrios etc, & quanto amplius
se suis operibus & cultibus afflixerint, tanto deterius
habent, quemadmodum in Euangelio Mulier, quæ du-
odecim annis profluvio sanguinis laborans, quanto pl^o
pro sanitate fecerat, passa fuerat, expenderat, tanto dete-

Cisterne fu-
tiles.

R ij rius ha-

CAPVT SECUNDVM

rius habebat, donec ueniret ad uerum medicum Christū, quemadmodum ante dictum est, Ambulauerunt post uana idola, & frustrati sunt. Omnia enim sunt uanitas, idola & res nihili ad auxiliandum & salutem, & sunt afflictio & perditio corporis & sp̄ritus, quae derelicto Dei uerbo suscipimus etiam si stultæ rationi optima & sanctissima uideantur.

Achas cum iudicio Dei premeretur omnibus malis a Syris, Palestinis, & alijs, propterea quod dereliquerat uerbum Dei fontem aquæ uiuæ, uolebat placare Deos Syriae, multiplicauit cultum Dei, posuit altaria, auxit sacrificia, ut ita malis suis mederetur, quæ ita ab hominibus excogitata, tam sancta ipsi uidebantur, ut etiam contemneret magnum illum Prophetam Esaiam cognatum suum, uerbo DEI talia condemnantem, Hoc est, quod hic dicit, Excindunt sibi cisternas cisternas (sic his ponitur in hebræo) id est, passim uarias cisternas, sed pertusas, ut pertusum doleum dicim⁹, foraminosas, fuitiles, porosas, cauerolas, quemadmodum exponit. Que, inquit, aquam continere non possunt, Elegantissima sane (ut ante dixi) pictura, Derelinquunt fontem, sua sponte, uitam, si uiter sine nostro labore et sumptu, suggestentem, et Excindunt, id est, magno conatu, labore, fatigatione, afflictione, sumptu parant sibi Cisternas uarias uel Cisternas passim hic & ibi, Cum enim ab unico & certo uerbo DEI (in quo uere uerum & unum Deum possidemus & colimus) deficitur, querimus & facimus non unam tantum cisternam, sed nunc hoc nunc illud opus suscipimus, ut nos haec tenus sub papatu, multa facimus, innocamus Sanctos, ieunamus eis, currimus ad loca sacra, emimus indulgentias, missas, fraternitates, sumus monachi, in monasterijs per strictum ordinem & obseruantiam regularum monachalium

IEREMIAE.

LI.

nachalium tam sancti euadimus & cumulamus nobis me-
rita apud Deum, ut etiam nos sancti fratres uendere pos-
simus alijs nostra merita & bona opera, quæ facimus in
religione nostra die ac nocte, ita pro uno uero deo excin-
dimus & effodimus, id est, habemus multas cisternas &
Deos alienos nostro labore paratos, quibus fidimus, non
Deo, & adoramus opus manuum nostrarum.

Quæ nobis fodimus pulchra nobis uidentur, quæ
Dei sunt contemnimus, quia speciem non habent, inde-
fit ut mundus sit plenus idolatria, contempto uerbo Dei
& opere, Nihil est nostris Papistis, quod Christus dicit,
Io. iiiij. et septimo. Qui biberit ex aqua quam Ego do, non
sitet in æternum, sed fiet in eo fons aquæ uiuæ salientis
in uitam æternam, Si quis sittit ueniat & bibat, & de uen-
tre eius fluent aquæ uiue, hoc dixit, ait Iohannes, de spiritu
quem accepturi erant credentes in eum. Suas uero tradi-
tiones & factos cultus & nouas religiones a se excogitas
tas magnificant, Harum rerum non est apud eos neq; nu-
merus neq; modus, Verbum uitæ æternæ contemnunt,
oderunt, blasphemant, persequuntur.

Sed uide uerba, Cisterna non habet aquam uiuam,
ut etiam iure consulti loquuntur, sed labore humano pa-
ratur ut colligat aquam pluvialem, aut aliunde in fusam
seruet, Hæc etiam si integra est, nihil tamen est ad fontem
aquæ uiuæ, Deterius uero est quod sequitur, Pertusas,
quæ aquam continere non possunt, quo significatur fru-
straneos esse hypocritarum cultus, per quos ipsi uere fi-
unt idolatræ, & nunquam alsequuntur quod uolunt &c.
quæ ante dixi. Ibi. Et frustrati sunt. Hoc uerbum igitur
prophetæ Me derelinquunt, &c. imis animis reponendū
est.

R. iiiij.

Nunquid.

CAPVT SECUNDVM.

NVNQVID mancipium.

Scriptu-

ra loquitur de libertate & seruitute ut iureconsulti, quia
& Iudæi seruos habebant in seruitutem uel natos uel
emptos. Qui ex seruitute manumittuntur siue libertate do-
nantur uel pecunia redimuntur, dicuntur liberti quasi li-
berati. Tamen uno nomine omnes uocantur liberi, quots
quot non sunt serui, hinc liberi substantiue dicuntur filij,
haeredes nostri. Sic Moses & prophetæ saepe loquuntur,
filij Israël serui erant sub Pharaone in Aegypto, & Deus
eos liberauit & redemit de domo seruitutis & asseruit sibi
in filios, ut daret eis haereditatem terram Cananæorum,
&c. Paulus i. Cor. vii. dicit, Si seruus uocatus es, non sit ti
bicuræ, si autem potes liber fieri magis utere. Christus
Iohannis octavo dicit Iudæis suam libertatem iactantib⁹,
Qui facit peccatum seruus est peccati. Seruus non manet
in domo in aeternum, filius autem manet. Si filius Dei uos
liberauerit uere liberi eritis.

*Magnum est
quod filij Dei
sumus.*

Igitur propheta indignitate rei uel absurdo uult per-
monere auditores ut relipiscant. Cur inquit uos ipsos con-
temnitis ut iudicio Dei tradamini tyrannis gentium qua-
si captivi serui aut uile aliquod mancipium, qui estis libe-
ri per Deum filij. Vides quam non uelit Deus hoc con-
temni a nobis quod sumus filij Dei. Ideo in peccatis tuis,
in temptationibus blasphemiae & desperationis, recipe
animum &redi ad Christum, dicens. Quamuis ex me
sim peccator & damnatus, tamen redemptus & liberatus
sum a seruitute peccati & diaboli, præcioso sanguine filij
Dei, & filius Dei factus, Pater miserere filij laborantis
ne me abiicias a te, in manus alienorum.

Leones.

LEONES uocat Babylonios, qui lace-
ratur & uoratur sunt Iudeos, sicut Leones lacerant &
uorant

uorant oues & alia animantia imbecilliora, psal. viij. Ne quando rapiat ut Leo animam meam &c Nam hic de captiuitate Babylonica prædictit, Quid est, inquit, quod ante non solum in Aegypto uexatus es, & postea a ui cinis gentibus, ut in libro Iudicum legitur & Regum, sed etiam nunc traderis leonibus uorandus?

Sed impij Iudei sperauerunt auxilium, non a Deo, ^{Vanum auxi}
ne traderentur in manum Babyloniorum, sed ab Aegyptijs, contra uoces prophetarum, ut & Esaias, cap. xxxi, eos increpat, dicens, Veh qui descenditis in Aegyptum ad auxilium, in equis sperantes, & habentes fiduciam super quadrigis, quia multæ sunt, & super equitibus, quia præualidi nimis. Et non sunt confisi super Sanctum Israelis, & Dominum non requisierunt. Aegyptus homo est & non Deus, & equi eorum caro & non spiritus, &c. fuderunt præterea ad Aegyptios, ut infra legis, cap. xlivij. Hos Aegyptios significat propheta per filios Memphis & Taphneos, Nam Memphis, quam hebræi Noph uocant, & Taphnis quam hebræi Taphpanhes dicunt, insignes sunt in Aegypto urbes, ut etiam infra uides cap. xlvi. Item confidebant in auxilio Assyriorum, id quod non solum impium erat sed etiam uralde stultum, qd Assyrij iam ante abduxerant decem trib⁹ Israel, iiii. Reg. xvij. Quid ergo boni licebat sperare ab Assyrijs? Sed hæc est humana impietas, abs quoquis potius sperare auxilium, etiam a diabolo, quam a Deo, quemadmodum si ouis contempto pastore confidat leonibus & lupis.

Auxilium autem sperare ex Aegypto, uocat uelle bibere ex Sihor, qui forte est Nilus, qui Gen. ii. dicitur Gihon. Auxilium uero sperare ab Assyrijs, uocat uelle bibere ex Phrat, qui est Euphrates fluuius Assyriorum,

S

Porro

CAPUT SECUNDUM

Porrò ridiculum est sperare auxilium ab Aegyptijs contra Leones, id est, Babylonios, qui & ipsi postea per Babylonios subacti sunt. Dominus solus est adiutor & protector, ut s̄epe in Psalmis canitur, Hunc fontem aquæ uiuæ derelinquunt & excindunt sibi uarias cisternas portas, quæ aquam continere non posunt, id est, querunt humana præsidia, quæ nihil proderunt, & quæ etiam nocebunt.

Conterunt tibi caput, id est, illa fiducia tua, qua in in ipso fidis, faciet te perire, aut prædicit quod factum legis iiii. Reg. xxiiij.

HOC TU IPSE TIBI fecisti, Nostra

Nostra culpa. culpa perimus, quod relicto uerbo Dei, adhæremus traditionibus humanis, nec resipiscimus postea ab erroribus, impietatibus, blasphemias, Idolatrijs nostris, quoties nos Dominus ducere uult per uiam, id est, quoties per Prophetas suos & Prædicatores admonet nos, ut ad uiam ueram ex erroribus redeamus, Hæc proprie est impoenitentia & contemptus DEI, quod est peccatum maius omnibus alijs prioribus peccatis nostris. Nam impij cum iudicio Dei pereunt, non solum non resipiscunt, sed etiam tum magis incipiunt blasphemare et persequi uerbum DEI, quemadmodum Achas Rex Iuda uexatus a uicinis Regibus, sic sensit, Hoc propterea fit, quia Prophetæ alicubi aboleuerunt multos Dei cultus, Sicut nostri nunc propter contemptum Euangalijs traditi in manus Turcæ, clamant, Scilicet hoc est, quod non ieunamus Apostolis, quod non inuocamus Sanctos, quod sanctitas Monachorum contemnitur, ut infra in Ieremia dicunt. Quando sacrificabamus Reginæ cœli, bene nobiserat etc. Sed hic dicit Propheta, Hæc sunt peccata tua, quibus

Obstinatio in Idolatria.

IEREMIAE.

LIII.

quibus iram Dei & hanc tui perditionem meruisti, sicut
sequitur. Tua malicia ita arguit te etc.

DOMINVS ZEBAO TH, id est, Ex *Zebaoth*.
 exercitum, militiarum, uel fortitudinum, qui habet omnia in manu sua, & dirigit omnes exercitus coelestes, terrestres, & infernales quo uoluerit, ut Imperator & Dux exercitus. Cur ergo non timetis eum? Cur non confiditis ei? Neq; Syrius, neq; Aegyptius, neq; Assyrius est, Dominus Zebaoth. Per Dominum Zebaoth liberabimini & saluabimini, si poenitentiam egeritis. Per illum peribitis, si contemptores & contumaces permanseritis. Nihil alij Reges proderunt uobis, sed & ipsi quandoq; peribunt per Dominum Zebaoth, ut infra Ieremias contra illas gentes prophetat.

SI QVIDEM PERPETVO. Accusat contumaciam impenitentis populi, uelut contumacis adulteræ, quæ ne admonita quidem uult reuerti ad maritum suum. Scortationes uocat Idolatrias quas colebant, altaribus factis in locis amoenis collium, & sub arboribus etc. Eras, inquit, olim mihi suauis uitis ex semine uero uerbí DEI a me plantata, id est fidelis mihi eras, mihi ut sponsa uiro copulata per pactum primi praepeti, quomodo nunc mutata es in amaritudinem, id est, infidelis facta & Idolatra traditionibus humanis, quæ non sunt semen uerum, sed doctrinæ Dæmoniorum in Hypocrisi loquentium mendacium, ubi nunquam est bona erga Deum conscientia: lege Esa. v. Psalm. lxxix. Hanc uitem transtulerat Deus ex Aegypto & plantauerat in terra Canaan, uerbo & sacris Dei & beneficijs innumeris, dedit eis Prophetas, Reges, pacem etc.

*Contumacia
hypocrisie*

S I L A V E S, Lixiuio & sapone notis uocas
S ij bulis

CAPVT SECUNDVM

bulis & rebus hic sententiam expressimus, ut Doctor
Peccatum a= Lutherus. Hypocrisis quanto se plus ornauerit, quasi sit
gnitum & pec- cultus ueri DEI, quo liberetur a malo & placatus fiat
catum defensum. Deus, quemadmodum fecit Achas, quemadmodum no-
strí faciunt suis processionibus, Missis, inuocationibus
Sanctorum, indulgentijs etc, tanto plus blasphemæ est et
fœtet coram Deo sua Idolatria. Hæc ueniam non meres-
tur, quia non agnoscit culpam, sed sua defendere uult uel
uerbo Dei, sed detorto & deprauato, si fieri possit. Nos
strí hodie incipiunt negare, quod tam male docuerunt,
sed eorum doctrina literis mandata est, & negare tam
manifesta non licet.

Peccatum aliud est agnatum, hoc ignoscit pœnitenti
Deus, Aliud est defensum, ut est omnis Idolatria, fallus
cultus & mendax religio. Hoc contendunt Hypocritæ
summam esse iusticiam, Hoc donec non agnoscitur, do-
nec defenditur (id quod infra dicitur, iudicio contendet-
re cum Deo) remitti non potest.

NON ADHÆREO BAALIM.

Baal. Baal & maritum significat Hebreis, & dominū siue pos-
sessorem, ut Exod. xxi, ex Hebræo, Dabit quantum Ba-
al mulieris statuerit, Item, Baal bouis erit innocens. Hu-
ius plurale est Baalim, Baal uocabant Idolum, & Baalim
Idola in uarijs locis constituta, ubi Idolatriam exerce-
bant & prædicabantur traditiones humanæ & cultus a-
lienus & uana religio, & iudicabant in cultu Baal, se ue-
rum Deum colere non alienum, nolunt enim Hypocris-
tæ damnari ut Idolatræ, Dicunt, Non adhæreo Baalim,
sed hoc Baal cultu colo Deum uerum, quem uoco Baal
id est maritum & Dominum meum, quid in hoc pecco?
Id quod etiam Deus fateſt, Oſeæ. ij. Vocabit me uir meo
& non

IEREMIAE:

LIII.

& non uocabit me ultra Baali, Et tollam nomina Baalim
ex ore eius etc. Sicut & in cultu uitulorum aureorum,
docebant coli Deum uerum, qui eduxerat ipsos ex Aegypto.

Sed sine uerbo Dei quid Dei cultus aliud esse potest
quam Idolorum cultus? Non enim ibi colitur uoluntas ^{Idolatria nostra}
DEI, sed Idolum cordis quod homines sibi de Deo fin-
ixerunt, Alioqui & gentilium cultus fuisset diuinus, qui
non minus speciosum excogitabant Dei cultum quam
nostrum, Cum arguuntur nostri de incredulitate & de ua-
no cultu & uera Idolatria per Euangelium gloriae DEI,
dicunt etiam, Non adhereo dijs alienis, quemadmodum
uos Prophetae & insani Hæretici nos condemnatis, quia
inuocamus Sanctos, nostris operibus cumulamus nobis
merita, placamus Deum, sumus Franciscani, Dominicani,
de ordine Mariæ, beati Iohannis, Antonij, confidimus
Papalibus indulgentijs et priuilegijs, sacrificamus sacra-
mentum pro viuis & defunctis, baptizamus campanas,
vngimus lapides & truncos, sine quibus non est nobis
salus, non habebimus sacramenta etc, Nam per hos Ba-
alim, & per hæc oia, colimus uerum Deum, & in cappis
sumus Christiani perfectiores alii. Lege infra, cap. viij.
Non præcepi etc, Vide hæc supra in præfatione Lutheri
in omnes Prophetas.

Hæc Idolatria Baal, ab Assyrjis cæpta, ubi Bel uel
Beeluocatur (unde Beelzebub componitur) vulgaris
erat in Syria, & Hypocritis Iudeis deficientibus a uer-
bo DEI erat speciosissimus & præciosissimus quasi ueri
Dei cultus, ita ut Baalim etiam immolarent, maxima re-
ligione & sanctitate, suos filios & filias, quasi imitantes
Abraham patrem suum, contra præceptum DEI, Non
occides, ut habet historia, & in Psalm. canitur, Immola-

S iij uerunt.

CAPVT SECUNDVM

uerunt filios suos & filias Dæmonijs, & non Deo, Dñs quos ignorabant, Hoc fecerunt, occidentes & persequentes Prophetas, qui hos speciosos DEI cultus condemnabant, donec Deus eos abijceret ad Assyrios & ad Babylonios.

Hoc igitur uerbo. Non adhæreo Baalim etc, nolunt agnoscere sua peccata & Idolatrias, sed contendunt postius ea defendere ut cultus ueri dei. Non adhæreo dñs alienis, sed his cultibus seruio Deo uero, ut dictum est, & habeo maiora merita apud Deum, quam alij qui non ita faciunt.

*Franciscanus
habet multos
deos Baalim.*

Sí dícis hodie Franciscano, Tu adhæres Francisco, non Christo, speras enim te saluandum non per solum Christum, sed per ordinem & regulas Francisci tui, Ergo Franciscanus es non Christianus, Subito clamabit. Quid hoc monstri est? Sum Franciscanus, ergo non sum Christianus, Audio Hæreticum. Nam Christianus sum, ut alij Christiani, qui seruant præcepta Dei, quia & ego seruo præcepta DEI (sic enim somniat miser) sed opera mea & obseruantiae quas obseruo & cultus Dei secundum ordinem & regulas sancti Francisci, addunt mihi perfectionem, & per ea sum perfectior Christianus quam alij, & sum in statu perfectionis. Alij enim simpliciter tantum sunt Christiani, quia faciunt tantum ea quæ præcepta sunt ipsis (ita putat impius hominem iustificari per legem siue opera legis, & non per Christum solum) Ego autem facio plus quam mihi præceptum est, nempe opera supererogationis, Vnde notum est, quod non solum sum Christianus, sed etiam melior & perfectior Christianus, quam alij, scilicet per mea opera, ordinem, Regulas, obseruantias, cultus ab hominibus excogitatos, per singularem & specialem religionem etc.

Vides

Vides quot Deos habeat miser Franciscanus, uerus Idolatra, confidens istis dijs suis (ut Lucae xvij. dicitur; Confidebant in semetip̄lis tanquam iusti, & aspernabantur cæteros) quia sine uerbo Dei omnia illa suscipit, atq; adeo uerbum Dei prohibet cultus ab hominibus exco-
gitatos, Christus enim dicit ex Esaia. Frustra colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum, adde quod Euangelium gloriæ D E I execratur fiduciam operum nostrorum, etiam si facimus opera legis siue opera a Deo præcepta, ut ueram cordis nostri Idolatriam, quam com-
mittimus contra primum præceptum, Non habebis Deos alienos coram Me uel mecum, Ego solum uolo esse fiducia tua o homo, secundum pactum primi præcepti, aut Me uerum Deum non habebis protectorem, cura-
torem, saluatorem, Patrem, Et tamen Franciscanus dicit. Quis est iste Hæreticus, qui audet meas perfectiones & sanctitates damnare, & dicere quod habeam Deos alie-
nos, Ego per talia non adhæreo Dijs alienis; sed colo Deum uerum & sum perfectior D E I cultor quam alijs, Non potui in mundo saluus fieri, ergo abiui ex mundo in Monasterium, in quo per obseruantiam sancti Fran-
cisci, vnici patroni & defensoris mei, est mihi iusticia & certa salus, ita abunde, ut etiam alijs mea merita uendere possim, modo dent nobis sanctis fratribus & patribus sua bona abunde.

Sic & hic Hypocritæ dicunt, Non adhæreo Baalim, id est, Dijs alienis, sed per hæc colo Deum uerum, qui e-
duxit nos ex Aegypto, Quibus respondet Propheta, Adulteria tua, id est, Idolatriæ tuae, in conuallibus & lo-
cis amœnis, notæ sunt, quo curris & omnia facis ardenti desiderio & (ut nostri dicunt) magna deuotione, sicut feræ currunt tempore coitus in ardoribus suis, quas ne-

Aptissima si-
militudo uel
comparatio.

S iiii mo re

CAPVT SECUNDVM

mo remorari potest, quemadmodum tu nullos Prophetae & prædicatores uerbi Dei audire uis, ut censes ab animo helo cursu, a vijs adulteriorum tuorum pessimis, Israel toto impetu insaniens fertur a uerbo Dei ad cultum Dei fictum, ad Baal, ad maritum & Dominum alium, certe non Deum, ad Baalim, id est, alienos cultus, quos non nouit atq[ue] adeo prohibet uerbum DEI, Negare aedes ista meretrix? In mense tuo, uel Calendis, siue in diebus tuis festis bene uidetur, quam ferueas Idolatria, quam curras ad tua sacra loca. Deus sanctificauit sibi dies festos siue Sabbatum, sed Hypocritæ iusticiarij non quaerunt tunc quæ DEI sunt, sed quæ ipsis excogitarunt aut alijs ante eos excogitarunt, abiecto uel contemptu DEI uerbo. Hoc est uere uiolare & polluere Sabbatum.

Ita nunc Franciscanus aliquis, cum nunc premitur tanta luce & ueritate Euangelij, negat dicens, Ego non confido meis obseruantij, sed Deo. At hoc bene uidetur in ipsius factis, Non audet dormire sine cucullo, mensuens ne interim periret aut Diabolus eum auferret, si abiijceret cappam, iudicaret se in æternum damnatum esse. De quibus Paulus, Titum, i.e. proprie dicit, Qui dicunt se nosse Deum, factis autem negant, cum sint abominabiles & uerbi Dei non audientes, & ad omne opus bonum reprobri, Bene hoc uidetur a Christianis cognoscentibus ueritatem in cultibus Franciscanorum, Bene hoc uidetur & maxime uidere licet, in abominando illo Libro Franciscanorum, quem uocant Conformatum Christi & Francisci, quem suis mendacij & horrendis blasphemijis hoc nouissimo tempore, confinxerunt, Non uidi maiorem in Christum blasphemiam, Ibi Franciscus plane & per omnia est Christus & saluator Franciscanis:

Sicut

Sicut vero de franciscano dixi, ita quoq; dico de omnibus sectis & religionibus papisticis, & de omnibus hypocritis iusticiarijs, qui confidunt insuis operibus, obseruantij, patrocinij Sanctorum, invocationibus & cultib⁹ Sanctorum, fraternitatibus, peregrinationibus, indulgencij, rosarijs, abominatis Missis &c. Quibus si dicas, Vos habetis Deos alienos ut Baalitae, deserite hasce tradiciones humanas, idolatrias, abominationes, uanos cultus, Respondebunt Non adhaeremus dijs alienis, sed ita per haec sumus ueri Dei cultores, Nequaquam audiemus te haeticum, sed adamabimus alienos, id est, quos tu haeticus dicas Deos alienos, Hoc est, quemadmodum nostri aiunt, uolumus permanere in fide patrum nostrorum, no uolumus suscipere Euangelium Christi, ut reuertamur ad Christum, in quem baptizati sumus. Hæc est confessio impenitentiae & contemptus.

QUEMADMODVM confunditur. Ostendit & prædicit uanitatem cultus alieni & ex cogitatæ religionis, Extra tentationem obuertunt Deo dorsum, nolunt respicere in uerbum Dei, contemnunt & abiiciunt uerbum eius, & studiose sequuntur sua idola cordis sui quæ sibi finxerunt, dicentes ligno & lapidi, operibus manuum suarum, Tu es Baal, Dominus & pater meus, qui me creasti, cui confido, sicut nostri hypocritæ confidunt in Sanctis, in operibus manuum suarum, in capis, ordinibus &c. Cum autem Euangelium gloriae Dei prædicat, q; Sola in Christum fide iustificamur coram Deo, hoc dicunt esse hæresin, quemadmodum Papa Leo decimus in sua bulla aduersus Lutherum hanc propositionem ut hæreticam damnauit, Sola fide iustificamur. Haec bona Ecclesia sancta & immaculata Christi sponsa,

In tentatione
Idolatria nihil
prodest.

CAPVT SECUNDVM

AntiChristum in templo Dei sendentem, Non audis uocem eius unde eum cognoscas & fugias ab eo? In tempore uero temptationis & afflictionis & in hora mortis cum nihil uident prodesse, Nam oranis cultus eorum factus, & ex cogitata religio & confidentia, sunt idola cordis & manent idola.i. Cor. viij. Scimus quod idolum nihil est, Tunc dicunt Deo, Adiuua nos, Tunc sicut contemperunt uerbum Dei & irraserunt prophetas & predicatores, Deus uicissim irridebit eos, Vbi nunc sunt dij tui quos fecisti tibi? liberent te, Haec irrisio & subsannatio Deiper medullas cordis inimicorum uadit & occidit horrende, quemadmodum de inimicis & contemptoribus Euangeli Christi dicitur Psal. ij. Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo turbabit eos. Et Sapientia uerbi DEI loquitur Proverbiorum.i. Quia uocauit & renuistis, extendi manum meam & non fuit qui aspiceret, despexitis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis. Ego quoque in interitu uestro ridebo, & subsannabo cum uobis id quod timebatis ad uenerit, Cum irruerit repentina calamitas, & interitus quasi tempestas ingruerit, quando uenerit super uos tribulatio & angustia, Tunc inuocabunt me & non exaudiam, mane consurgent & non intuent me, eo quod exosam habuerint disciplinam, & timorem Domini non suscepserint, nec acquieuerint consilio meo, & detraxerint uniuersitatem correptioni meae, Comedent igitur fructus uiae suae, suisque consiliis saturabuntur, Nam imperitis exitio est quod auertuntur, & prosperitas perdet stultos, Qui autem me audierit absque terrore requiescat, & abundantia perfuetur timore malorum sublato.

NAM tot Deos, Hoc non putant impij hy-

IEREMIAE.

LVII.

p̄ij hypocritæ, sed quando multiplicant altaria & sacrificia & cultus in ciuitatibus, in plateis, in lucis, in montibus, in uallibus, sentiunt se multiplicare cultum Dei ueri, ut nostri, quibus hactenus non fuit modus aut finis excogitandorum cultuum, quos monachi & sacrificuli predicauerunt & sanctissimus papa suis literis, sigillis & indulgentijs confirmauit, et singuli habuerunt quisq; suum apostolum (certe non apostolicam doctrinam) singulæ ciuitates & Ecclesiæ suos diuos quos inuocabant, & a quibus auxilium sperabant, singulæ diœceses suos patronos et defensores in coelis. Et tamen eramus Christiani, Dei cultores, qui per talia confidebamus nos liberari a peccatis & saluari.

Hic uides tunc multos non cessasse ab idolatria uel in occulto, sub p̄iissimo Iosia Rege Iuda, qui omnem manu festam idolatriam abstulit, itcirco facile fuit impijs Regis bus postea rursum omnem idolatriam restituere. Hoc est quod sequenti capite dicitur, Et in omnibus his non est reuersa ad me præuaricatrix soror eius Iuda in toto corde suo, sed in mendacio, id est, hypocrisi sive simulatione, Simulabant multi pietatem propter Regem Iosiam, & propter duces qui Regi adhaerebant, Verum in occulto curabant ad sua loca sacra, ad sua sacrificia, ut nostri ad suas papisticas Missas, Et tamen dixerunt in manifesto, Post Baalim non ambulauit, ut supra dictum est.

QVID VVL TIS. Hypocrite iusticiarij non uidentur sibi idolatræ & contemptores Dei, sed potius se esse ueros Dei cultores, itcirco contendunt iudicio contra Deum, id est, contra Dei uerbum & prædicatores, ut conuincant se esse iustos & Dei uerbum iustum & hæreticum, quod damnat eorum sanctitates,

Multiplicatio
cultuum alio
norum.

Multi simulac
se amare uera
bum Dei.

T n̄ Isti,

CAPVT SECUNDVM

Isti, inquit, hæretici prohibent bona opera C ita mentis
untur & damnant omnem Dei cultum, &c. Ergo secun-
dum legem, debent occidi, Nostri clamant Ad ignem,
Nos, inquit, adhæremus Deo, non defecimus a Deo,
quemadmodum prophetæ hæretici mentiuntur & sedu-
cunt multos. Sed, ut dicitur psal. Lut iustificeris in sermo-
nibus tuis & uincas cum iudicaris, hic audiunt Dei sens-
tentiam. Omnes defecistis a me, lege Esai. lix. &c. Non
reuerteris ad me, ne admoniti quidem per seruos meos
prophetas siue prædicatores, filij uestri non resipiscunt ne
plagis quidem percussi, Esa. ix. Populus non est reuersus
ad percutientem se, Immo prophetas siue prædicatores
uos Caini occiditis, ut leo oues, quemadmodum Chris-
tus dixit. Ut ueniat super uos omnis sanguis iustus, qui
effusus est, a sanguine Abel iusti &c. Egregie scilicet estis
iusti uos sancti mendaces falsa doctrina & homicidæ ani-
marum & corporum, Non estis filij Dei, sed spurij, qui fal-
so dicitis uos Deum habere patrem. Vos ex patre diabol-
o estis Iohan. viij. Non enim uerbum Dei sequimini sed
traditiones humanas, quæ sunt doctrinæ dæmoniorum.
i. Timo. iiij. Hoc est quod dicit, Generatio prava relin-
que doctrinas mendaces, attende uerbum Domini ut sia-
tis filij Dei, & Deus sit pater uester.

*Cum Dei uer-
bo Deus est
nobis ager fer-
tilis.*

NVNQVID SOLITUDO. quasi
dicat, Non, Sed sum Israeli ager et terra fertilis, id est, om-
ne bonum corporis & animæ habet ex me, ut ex agro
fœcundissimo, Dedi ei terram lacte & melle manantem,
Dedi Regnum & sacerdotium, id est, politiam optime
constitutam, & uerbum meum & sacra, defendi, serua-
ui etc, Abundamus cum Deum habemus, contenti præ-
sentibus, & bonis conscientijs uiuimus in gratiarum a-
ctione,

ctione, Abiesto autem Deo, nihil prosperum est aut iuscundum etc.

At aiunt, Domini sumus, non uolumus a tuo uerbo regi quasi serui, plane ut nostri Papistæ dicunt, Quid nobis uitam & doctrinam Apostolorum obtruditis, sub quibus Ecclesia fuit pauper & agebat adhuc in cunabulis? Nunc crevit Ecclesia diuitijs, honoribus, dignitatibus, potestate, pompa, Non uolumus regi aut cogi uerbo Prophetarum & istorum Euangelicorum, Hic miratur Dominus coecitatem et impoenitentiam ipsorum per simile, dicens, Nulla virgo obliuiscitur sui ornamenti, At populus meus obliuiscitur mei reiectione uerbo meo in perpetuum, qui haec tenus semper fui ornamentum eius & gloria eius, habebat ex me omnia ut ex fertili agro, perdebam inimicos eius, cœlum & terra per me seruivit ei etc.

QVID NITERIS. Adultera ubi uidet se odio haberis a marito, fucum querit uerbis, Bone uir nihil peccavi, tantum confabulata sum optimo uiro, quem tu adulterum suspicaris, Item querit fucum ornans se ut placeat marito, quo ornatu placere conatur adulteris, Maritus hoc intelligens magis indigne fert, Quid, inquit, niteris bonam ostendere uiam tuam, dicens, Innocens sum, Non peccavi, ut queras gratiam meam, fauorem & dilectionem meam? Hoc fuko auges maliciam tuam, apud me, Siquidem certissimum signum impoenitentie mihi hoc est, Meretrix es et meretrix manebis, uade ad Diabolum. Sic & Hypocritæ, qui uerbum DEI abiecerunt, ex traditionibus humanis alios cultus suscepserunt, cum uident se despici a Deo, id est, cum patiuntur mala iudicio Dei, uolunt Deum placare suis Ido-

*Impoenitentia
Hypocritarū.*

CAPVT SECUNDVM

Iomanijs & peccatis condemnati cultus, & multiplicante
suos speciosos cultus, processiones, Missas, indulgentias,
invocationes Sanctorum & patronorum suorum.
Ieiunant, & audent expostulare cum D E O, Esai. lvij.
Quare ieiunauimus & non aspexisti? affliximus nos &
nescisti etc? Tunc canunt, Beatus Nicolaus iam trium-
pho potitus, uouit suis famulis prebere coelestia commo-
da, qui toto corde poscunt eius petitiones, Illi nimurum
tota nos deuotione oportet committere, Surge uirgo
& nostras preces sponso aperi, Ab aestu mundi transfer-
nos ad amœna paradisi, Tunc legunt quas uocant Cola-
lectas, Praesta quesumus omnipotens Deus ut meritis et
intercessione beati Georgij martyris tui ab omnibus
peccatis eruamur, & ad uitam perueniamus æternam,
Per Dominum nostrum etc, quæ est insanissima infania,
infidelitas & Idolatria ipsorum, Quid hic respondet De-
us per suos prædicatores? Hoc, Quid est meretrix quod
ita mihi placere vis? Hæc sunt peccata tua propter que-
te abieci, A quibus te reuoco per Prophetas & prædica-
tores meos, Tu autem istis tuis iusticijs, quas somnias, au-
ges maliciam tuam, tantum abest ut agas poenitentiam.
Peccatum tuum non habet remissionem apud Deum
maritum tuum, quia dícis, Innocens sum, Non peccauī,
Hoc enim est peccatum non agnatum sed defensum, ut
ante dictum est,

Sancti homi-
cide.

SANGVIS animarum pauperum. Supra
dixit, Gladius uester uorat Prophetas uestros, ut Leo ua-
stator, Animas hic dicit, Hebræorum more, pro hominib-
us, ut Octo animæ seruatæ sunt in Arca Noe, Signifi-
cat autem, non solum Prophetas occisos ab impijs Hy-
pocritis, sed etiam alios pios homines uerbum Dei con-
fitentes

sitentes & errores aliorum damnantes, Nec frustra ad-
dit Pauperum, id est, non potentium resistere, Potenti-
bus enim talia non faciunt, sed eis etiam adulantur, In
omni loco, id est, in omnibus ciuitatibus et ubi cunq; uiri
sanguinum & dolosi agunt. Ita enim Spiritus sanctus
uere appellat Hypocritas iusticiarios, quemadmodum
Christus Ioann. viij. dicit eos mendaces & homicidas.
Post mendacia falsae doctrinæ, persequuntur & occidunt
etiam innocentes Christi confessores, Et quamvis hoc
sit manifestum, tamen negant se peccare, & arbitrantur
se per talia cultum præstare Deo, ut dicit Christus Ioan-
nis. xvi.

Q V A M F A C I L E. Id quod est incon- vana fiducia
stantium, qui mouentur omni uento doctrinæ per ne-
quitiam & uersutiam hominum mente corruptorum,
Ephe. iij. Omnia credimus præter uerbum D E I. Iudæi
non Deo confidentes, confidebant nunc in auxilio As-
syriorum, nunc in auxilio Aegypti, mittentes eò legati-
ones, ut supra dictum est, Filij quoq; ex Noph etc. Sed
iam confusi erant ab Assyrio, qui uastauerat Regnum
Iuda usq; ad Ierusalem, iiij. Reg. xvij. Prædicit autem
hic Ieremias ipsos & ab Aegyptio confundendos, uel
quod non suscepit eos defendendos ipse ab Assyrio
præssus, uel quod occidit optimum Iosiam Regem Iuda
iiij. Reg. xxij. Nam, inquit, etiam inde, id est, ex Aegy-
pto egredieris uel per legatos tuos, uel per desperatio-
nem qua desperabis de auxilio Aegypti, quemadmodum
additur, Quoniam Dominus frustraneam etc, Manibus
tuis super caput tuum coniunctis, id est, tristis & dolens.
Caput enim tenere in manibus, est signum magnæ tristi-
ciae & uehementis doloris, ut legis. ij. Reg. xij. de Tha-

CAPVT SECUNDVM.

mar sorore Absalom, Aspersit cinerem super caput suū, scissa talari tunica, impositisq; manibus super caput, ibat ingrediens & clamans. Adde quod Est ibi nostra manus in qua nos parte dolemus, Percussi in caput, aut læsi, statim manibus suis aduolant ad locum doloris, succurrere cupientes, ita supra dictum est, Conterunt tibi capit.

SIRE PVDIA VERT.

Pergit ostendere peccantibus et contemptoribus iniuriam (quam Hypocrisi cultus Dei occultant & agnoscere nolunt) ut prouocet ad poenitentiam, Lex Mosis permittit repudiare uxorem dato libello repudiij, ut Christus Matth. xix: dicit, Mosen hoc permisisse, propter duriciam cordis ipsorum, Et ne Mulieres repudium sibi curent quoties ipsis uisum fuerit, eadem Lex statuit mulierem repudiastam quæ nubit alteri uiro, & repudiatur iterum a secundo uiro, else immundam, & non posse redire ad priorem maritum, ne mortuo quidem secundo, ne pollutatur terra, quam Deus filijs Israel dedit, Dura lex contra mulieres, ut non cupiant saepius repudiari, quæ tamen facta est primum pro mulieribus, ut liberarentur a duricordibus uiris. Lege repudiij legem Deu. xxiiij. Tu autem (ait Dominus) non per legem repudiata, neq; per repudium (quod tibi non scripsi) libera, inhoneste nupsisti alteri, quia hoc tibi absq; repudio non licebat, & quod detersus es adultera plane es & meretrix obnoxia multis aduteris & alienis Dijs, quo magis secundum legem non debes recipi a Me priore marito, Tamen reuertere ad Me, Hoc est uere Euangelion pacis & uitæ æternæ, quo per gratiam tollitur et abrogatur damnatio legis, sed contemnitur a sanctulis. Pauperes autem Evangelizantur, Matth. xi, etc.

Repudium.

Euangelium.

Excelsa,

E X C E L S A, substantiue, uocabant sua sa- Excelsa.
 cella, quæ ædificabant, impositis altaribus, ad prohibita
 sacrificia, ut saepe legis in quarto Regum, Vbiq; inquit,
 es constuprata, id est, exerquisti Idolatriam tuam, contra
 legem, Deut. xij. & contra Primum præceptum. Item
 contra legem, Deut. iij. Non addetis ad uerbum quod
 loquor, nec auferetis ex eo. In vijs sedes, ut publicum
 scortum, expectans eos, id est, adulteros amatores, Quo
 significat, ardorem & diligentissimam curam ad traditi-
 ones & doctrinas humanas & uanos cultus, postquam
 dereliquimus uerbum DEI, uerum maritum nostrum
 Deum.

A R A B S A L I Q V I S, id est, Latro qui
 in vijs insidiatur transeuntibus, quemadmodum uetus vt Latro.
 translator, sententiam reddere uolens, posuit Latro. A-
 rabes enim in tentorijs agentes latrocinijs uiuunt.

P R O H I B I T A E S T P L V V I A. Pœna.
 Scilicet secundum comminationem legis. Si non obedi-
 eris uoci Domini Dei tui, non dabit tibi pluuiam matu-
 tinam & pluuiam serotinam, lege Deut. xxvi. & xi. Ter-
 ra ad quam ingredieris possidendam non est sicut terra
 Aegypti etc. Non dat uobis Deus corporalia dona, quia
 uos datorem et benefactorem in uerbo ipsius non agno-
 scitis.

Pluuiia matutina & pluuiia serotina, non dicuntur de
 tempore diei, sed matutina pluuiia in scripturis dicitur, *Pluua matua*
 quæ prima uenit in tempore sationis & in tempore cre- *tina ex sero-*
scendi, Serotina uero dicitur omnis pluuiia quæ postea tina.
 uenit quando fruges & fructus terræ maturescunt.

F R O N S M E R E T R I C I S. Adultera
V negat

CAPVT SECUNDVM

*Tandem E^a
picuræ.*
negat turpitudinem, uult adhuc honesta uideri, Mere-
trix autem ut uile scortum, impudenter impudica est, Ita
ex Hypocritis, cum arguuntur uerbo Dei, tandem fiunt
Athei, Lucianici, Epicurei, Saducei, sic sentientes, Nos
conuincimur uerbo DEI, quod nostri cultus, religiones
& obseruantiae sunt nihil & quod sunt impietas & Ido-
latria, ergo & ea etiam quæ prædicantur uerbo Dei, sint
apud nos nihil, Neq; hoc neq; illud credere uolumus.
Edamus & bibamus, cras moriemur, nihil restat post
hanc uitam, Hæc fides in Italia iam pridem fuit vulgaris,
maxime Romæ in sanctissimis palatijs, Nunc etiam ue-
nit ad sanctos patres nostros Papistas qui apud nos sunt,
Putas quod mortui resurgent etc?

*Fermentum
Phariseorum
et Saduceorum
sive Herodis.*

Christus dicit, Cauete a fermento Pharisæorum &
Saducæorum siue a fermento Herodis, Panis absq; fer-
mento veteri. i. Corinth. v. est syncerum uerbum Dei &
Euangelium gloriae Christi, Deut. viij. Non in solo pas-
ne uiuit homo etc. Fermentum Phariseorum est iusticia
aria operum doctrina, falsi cultus & uanæ religiones.

Fermentum Saducæorum siue fermentum Herodis,
(qui erat circumcisus & obseruabant sacrificia legalia,
sed nihil credidit) est Hæc. Putas esse uera quæ prædicantur?
Bon Christian, dicit Italus aliquis, iudicium extre-
num & resurrectionem mortuorum tu scilicet speras
unquam futuram? Postquam patres nostri dormierunt,
qui etiam dixerunt de talibus, nihil adhuc mutatum est,
omnia sic permanent ut ab initio etc. ii. Pet. iii. Hoc fer-
mentum maxime cauendum est, quia proni sumus ad in-
fidelitatem, & colloquia prava corrumpunt bonos mo-
res. i. Corinth. xv. Hic plane impudentes fiunt Epicurei
etiam in conscientia coram Deo, quemadmodum Pau-
lus, Ephe. iiiij. ait, Qui postquam peruererunt eo ut do-
lere

IEREMIAE.

LXI.

Iere (id est conscientiam habere) desierint, semetipsos dediderunt lasciuiae, ad patrandum immundiciam omnem cum auraria, Eò uidemus peruenisse Cardinales, Episcopos AntiChristianos, Monachos, Canonicos etc, quos nullius sceleris pudet, postquam statuerunt blasphemare & perseguiri Euangelium Christi, & seruare sua impia sacra, ut uel uulgus in opinionibus peruersis contineant, Impij & uane religiosi, cum Dei uerbo condemnatur ipsorum Hypocrisis & mendacium, fiunt Illusores, ut Herodes, ut Saducei, de quibus Psalmo primo dicitur, Beatur vir non sedet in consensu illusorum:

Igitur Ieremias hic egregia uititur similitudine qua *Iusticiarius* depingit hominem impenitentem, Quādo mala doctrīa impenitenta siue hæresis, et qui inde prouenit fictus Dei cultus siue impia religio, defenditur, quasi ueritas & quasi iusticia & sancta uita siue bonum opus, contra reuelatum Dei uerbum, quid aliud sit, quam quando meretrix sic sentit, Si ue bene siue male faciam, tamen pergam? Et tamen ista hypocrisis, ubi damna & iudicium Dei sentit (ut hic uidet) audet dicere Deo, ceu gratiam prioris mariti captans, sed mendacio et in impenitentia, Tu es pater meus, præceptor adolescentiæ meæ, qui me dirigebas & amabas iuuenculam. Quid merui misera? quid peccauï in te ut ire & furoris tui non sit modus aut finis? Durior es in me, quam pro re, Chic facit Deum iniustum qui flagellat, & se iustam, quasi que non peccet, sed sit religiosa mariti obseruatrix, Omnia facio, tu omnia contemnis, Esaias, Iviij, Ieiunauimus & non aspexisti &c, Mala. iij. Vanus est qui seruit Deo, quid prodest nobis q̄ seruamus præcepta eius, & laboriosam uitam agimus coram Dominio exercituum? ut supra dixit, Quid uultis contra me iudicis?

V ij cito con-

CAPVT SECUNDVM.

clo contendere. Horum doctrinam, cultum & impoenitentiam, quæ est summum peccatum, hic damnat dicens. Ecce tu doces & facis mala & pergis, id est, resipiscere & cessare non uis, uis manere adultera & meritrix & nunquam ex animo marito tuo Deo, postquam fidem primam irris tam fecisti, reconciliari, quæ est obstinatio & impudens Dei contemptus. Itcirco admonet Paulus, Tit. iij. Hæreticum hominem post unam & alteram admonitionem deuita, sciens q[uod] suo ipsius iudicio sit condemnatus. Vide runt omnes hæretici, uident nostri Papistæ & alij noui sectarij sacramentiperdæ &c. sibi obliuere uerbum Dei, quod luce clarius inuulgatur, tamen impudentes sunt, & uolunt uideri quasi tota scriptura stet ab eis, q[uod] cum alijs hominibus multis uerbis & scriptis persuadere nuntur, sibi tamen persuadere non possunt, sed sunt, ut Paulus ait, suo ipsorum iudicio condemnati, Deus conseruet nos. Omnia mala, errorem & peccata potest ferre Deus, hanc impudentiam & contemptum ferre non potest. Permittit quidem sua patientia illis hanc gloriam ad tempus, ut de eis seducti homines glorientur & dicant, Sapientes sunt, Sancti sunt. Sed quia iudicio Dei traditi sunt in reprobum sensum gloriae mancipia, tandem sterlus sunt. Quales uero ipsi sunt, tales reddunt & suos discipulos, nempe contemptores, impudentes &c. Deus liberet seductos, seductores damnati sunt. De illis autem qui errant non sua sponte, haec non dicimus, sed de illis impudentibus qui frontem meretricis sibi induerunt, perfricta fronte contemnentes unam & alteram ex uerbo Dei admonitionem.

ET TAMEN CLAMAS. Aliud fecit uetus interpres, sed hic (ut dictum est) damnatur
Hypocrisis

hypocrisis , quæ sibi persuadet , q̄ etiam si non desinat ab
impiο cultu et contemptu uerbi Dei , tamen habeat in ne-
cessitate Deum propicium , Verum contra tales in Psal.
xvij. dicitur , Clamauerunt , nec erat quis saluos faceret , ad
Dominum , nec Exaudiuit eos .

IN VETERI translatione nunc hæc
uulgo leguntur addita . Et pro uerbis pœnitentia , uer-
bis superbiæ blasphemasti , & implesti cogitationem tuam
malam , & ostendisti contra uirum fortitudinem tuam , ut
possis facere quod sermone tractasti . Hæc omnia nō sunt
in hebræo , neq; in emendatis biblijs nostris . Hoc admo-
neo , ne hic aliquid putas deesse .

CAPVT TERTIVM.



T dixit Dominus ad me , in die-
bus losiæ Regis , Nunquid uidisti
que fecerit desertrix Israel ? Abiit
super omnem montem excelsum ,
& sub omnem arborem uiridem ,
& fornicata est ibi . Et dixi cum fe-
cisset hæc omnia , Ad me reuertere , Et non est re-
uersa . Et quamuis obstinata foror eius Iuda uide-
at , q̄ desertricis Israelis adulterium corripuerim ,
& eam dato libello repudiū dimiserim , tamen non
timet ipsa obstinata foror eius Iuda , sedabit , &
fornicatur etiam ipsa , et ex fama fornicationis eius
contaminata est terra , Mœchata est enim cum la-

CAPVT TERTIVM

pide & ligno. Et in omnibus his non reuertitur ad me obstinata soror eius Iuda toto corde suo, sed in mendaci hypocrisi, dicit Dominius.

Et dixit Dominus ad me , Desertrix Israel iustificat animam suam comparatione obstinatae Iudae. Vade & prædica sermones istos contra Aquilonem & dic, Reuertere desertrix Israel , ait Dominus , & non irato uultu respiciam in uos, quia Ego misericors sum, dicit Dominus , & non irascer in perpetuum, Tantum cognosce iniquitatem tuam, quod in Dominum Deum tuum præuaricata es, & paſſim cucurristi ad Deos alienos sub omnem arborem uiridem, & uos uocem meam non audistis, dicit Dominus.

COnuertimini filij desertores , ait DOMinus.

Quia Ego desponsabo uos Mihi.

Et adducam uos, ita ut unus ducat secum totam ciuitatem, & duo totam regionem.

Et introducam uos in Zion.

Et dabo uobis pastores, secundum cor meum, qui pascant uos doctrina & sapientia.

Præterea & hoc fiet, Cum multiplicati fueritis & creueritis in terra, dicit Dominus , In diebus illis non dicent ultra de Arca fæderis Domini, non erit memoria eius, nec prædicabitur de ea,

Non quæ-

IEREMIAE.

LXIII.

Non quærent eam, necqz sacrificabitur ibi. Sed in diebus illis uocabunt Ierusalem Thronum Domini. Et congregabuntur ad eam omnes gentes, propter nomen Domini quod erit in Ierusalem.

Non ambulabunt vltra post cogitationes cordis sui prauia.

In diebus illis ibit domus Iuda ad domum Israel, & uenient simul de terra Aquilonis in terram quam dedi patribus uestris hæreditatem.

Ad haec promitto, Quam multiplicabo te filijs, & dabo tibi terram desiderabilem, hæreditatem præclaram, nempe exercitum Gentium?

Et promitto, quod Tunc uocabis Me Patrem, & non deficies a Me.

Sed quemadmodum Mulier contemnit amatorem suum, ita domus Israel contemnit me, dicit Dominus. Ideo auditetur in excelsis uox filiorum Israel v'lulatus & ploratus, quia inique ambulauerunt, obliti Domini Dei sui. Conuertimini itaque filij desertores, & ego sanabo desertiones uestras.

ECCE nos uenimus ad te, Tu enim es Dominus Deus noster, Vere mendacium sunt colles & multitudo montium, Vere Israeli non est salus, nisi in Domino Deo nostro, Labor patrum nostrorum

V iiii nostrorum

CAPVT TERTIVM

nostrorum quem obseruauimus a pueritia no-
stra, pereat confusus, cum ipsorum ouibus, bo-
bus, filijs & filiabus. Quo enim confidebamus,
hoc nunc est ignominia nostra, & nunc erubesci-
mus de eo quod tunc erat spes nostra. Per hoc
namque peccabamus contra Dominum Deum
nostrum & nos & patres nostri a pueritia nostra,
usque ad diem hanc, & non audiebamus uocem
Domini Dei nostri.

*Simulata pie-
tas propter
pium Regem.* Quod tempore piissimi Iosiae Regis in manifesto
idolatria non colebatur, supra diximus. Furtim tamen
faciebant impij quæ lege erant prohibita, & multi conque-
rebantur de ablata idolatria, quasi de abolito optimo Dei
cultu, ut nunc impietas contra Euangelium conqueritur
& blasphemat. Videbatur quidem populus sub Iosia ad
Dominum reuersus, sed hic dicit Ieremias eum reuersum
non in toto corde suo, sed in mendacio siue hypocrisi, id
quod etiam dicit infra, cap. v. Deus fidem requirit, Alios
qui si secundum speciem iudicandum est, optime habe-
bant omnia sub Iosia quæ lex de colendo Deo præcipit.
Haec quæ dicimus conueniunt cum ijs quæ dicuntur. iij.
Reg. xxij. contra Ierusalem & populum, ubi Iosiae pro-
mittitur sal^r, nempe quod suo tempore non sit uisurus ea
mala, &c. sequenti, Veruntamen non est auersus Domini-
nus ab ira furoris sui magni &c. Quia populus noluit agnoscere peccatum, sed potius defendit ut cultum Dei, &
post Iosiam facile rediit ad Impios cultus, ut canis ad uo-
mitum, ut periret cum suis sacerdotibus, Regibus & prin-
cipibus, Nam omne peccatum remittitur agnoscenti &
ueniam

IEREMIAE.

LXIII.

nemiam petenti, Peccatum autem defensum remitti non potest, est enim ibi frons impudentis meritricis, ut ante dictum est.

Igitur hoc loco grauius adhuc accusat populum, quod nihil ueritus exemplum Israelis, (qui iam erat in Assyrios Exemplum os, propter uerbi Dei contemptum, abiectus, iij. Reg. non terret. xvij.) non modo non cessat peccare simili peccato, unde obnoxius fiat simili iudicio, sed etiam grauius & obstinatus delinquit, Interim manifestis uerbis Ieremias prophetat egregie de Regno Christi in terris futuro, ut dicemus suo loco.

Israelem uocat Regnum Israelis, id est, decem tribus Israeli, in Assyrios abductas, Iudam autem dicit duas tribus siue Iuda. Regnum Iuda, contra quod nunc prophetat, Sorores uocat, quia sunt ex uno patre Iacob qui & Israel dicitur, Gen. xxxij. & iam erant sorores in una impietate, ut dicit propheta. Ambae estis adulterae & meritrices, Te autem Iudam nunc reuoco ut reuertaris ad me nisi obstinata uelis abiisci ad Babylonios sicut soror tua abiecta est ad Assyrios. De duobus Regnis loquitur quasi de duabus misericordiis, Et dicit Israeli datum libellum repudij, quia abscedit eum Deus ex sua terra in Assyrios.

Crauius delinquit Iuda sua peruicacia & obstinacia, quam Israel, quia qui uident iudicio Dei perisse impios, et tamen absq; timore Dei non uerentur eadem facere propter quod impi perierunt, maiori peccato obnoxii sunt magis enim contemnunt Deum, quam qui perierunt & talia Dei iudicia non uiderunt, Ideo Paul^o nos admonet. 1. Corin. x. Non murmuramus, non efficiamur idolatræ, scortatores, blasphemæ, tentantes Christum sicut patres in deserto, qui iudicio Dei perierunt. Et Ephe. v. Scitis quod omnis scortator aut inmundus aut auarus, qui est simula-

CAPVT TERTIVM

erorum cultor, non habet hæreditatem in Regno Christi & Dei, Ne quisquam uos decipiatur in anibus sermonibus, Propter hæc enim uenire solet ira Dei in filios incredulitatis, Ne sitis igitur consortes illorum, quasi dicat, Timete exempla eorum qui perierunt.

Clamor.

EX FAM A fornicationis. Hic est clasmor, cum ita impudenter peccatur & traditiones humanae & uani cultus publice docentur, ut alij offendantur, alij imitentur, quemadmodum Gene. xviiij. dicitur. Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis. Et alibi in propheta dicitur. Peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt, Hic uerum fit quod Germani dicunt, Vuens den Leuten uerdreust, so uerdreust Gott auch. Nam de Sodomis in Genesi sequitur, Deus dixit, descendam & uis debo &c. Graue est pijs hoc uidere & audire quemadmedium Petrus de Loth scribit, q̄ erat iustus & oculis & auribus & cruciabant animam iusti &c. Ibi contrastatur spiritus sanctus in sanctis Ephe. iiiij. &c.

*Malus compa
ratione ad
peccatum uide
tut bonus.*

ISRAEL iustificat animam suam. Id est Justa mulier est, non simpliciter, sed comparatione Iudæ. Tantum est peccatum Iudæ, ut peccatum Israelis, licet magnum, licet captiuitate Assyriaca punitum, comparatum ad illud possit uideri ueniale. Siquidem Israel contempnit comminationem & iudicium captiuitatis quod nondum erat expertus, neq; uiderat in alijs, Iuda autem, ubi hoc uiderat, tamen contempnit & peius fecit &c.

Anima.

Animam pro uita posuit siue pro ipso homine, Hebraica phras, iustificat animam suam, id est, seipsum, id est, potest iusta uideri &c. ut Psalm. iiij. Multi dicunt animæ meæ, id est, mihi uel de me.

Vade

VADE ET CLAMA. Non intelligo Euangelium
 hæc ut Lyranus, abiisse scilicet Prophetam ad Israelitas uenit ad ius
 in Assyriam, aut ad loca Assyrijs uicina, Sed Propheta dignos.
 apud populum Iuda, iussu Dei, uertitur se ad Aquilonem,
 quasi respiciens ad Assyrios, Vbi populus Israel tenetur
 sub captiuitate propter sua peccata, & clamat, Reuerte
 re desertrix Israel etc, Id est, Agnosce peccatum uel in
 captiuitate, & bene spera de Patris DEI bonitate. Hæc
 clamat Propheta nimis odiose in aures obstinatæ Iudæ,
 quasi dicat, Ecce Deus paratus est etiam damnatum Israe
 lem in gratiam recipere, si resipiscens ueniam precetur,
 et tu Iuda manes induratus, Verum postea dicit Prophe
 ta, & ab Israele & ab Iuda istam gratiam contemni.

Iccirco Euangelium & Regnum Christi indignissi
 mis promittit, hisce uerbis, Conuertimini etc, Euangeli
 um non uenit nisi ad indignos siue Iudeos siue gentiles,
 Et hic Iudei non solum æquantur gentibus, sed etiam
 deteriores esse conuincuntur, suo contemptu quo uer
 bum DEI & Prophetas siue sanctos prædicatores con
 temnunt.

PECCATVM ORIGINALE.

Quæris unde sint tanta mala & scelera, quæ etiam
 mundus damnat, vnde sint tot errores & falsi cultus &
 & fictæ religiones, quæ mundus iudicat esse pietatem,
 unde sit tanta obstinatia aduersus uerbum DEI & ueri
 tam, non solum apud alios, sed etiam apud illos qui se
 gloriantur populum Dei, quemadmodum uides in hoc
 Propheta Ieremia, Vnde sint dolores, angustie, terrores,
 morbi, pericula, desperationes, mors ipsa etc, Respon
 deo, Ex peccato originali, quod ex Adam contraximus.
Adam siue homo creatus fuerat a DEO ad imaginem

Xij Dei

CAPVT TERTIVM

Dei,id est,ut Paulus exponit,Ephe.iiij. & Col.iiij. In ueraci iusticia & sanctitate,Hanc imaginem D E I per peccatum,quo contempsit mandatum D E I, amisit, morte mortuus,id est, traditus omnibus illis malis quæ diximus, secundum comminationem Dei, In qua cunctis die comederis de arbore uietita,morte morieris.Illa enim uita diuina,quæ data erat homini,amissa, quid succederet nisi mors quæ comprehendit omnia mala & corporalia & spiritualia,& temporalia & æterna? Deus enim erat eius uita, & ipse diligebat Deum super omnia,ex tota mente,ex tota anima,ex omnibus uiris suis,& proximum suum sicut seipsum,Vere cognoscebat Deum Patrem suum,& confidebat sola Dei patris bonitate,totus a patre pendens,eius amore absorptus,summa sapientia,iusticia & sanctitate intus & extra præditus etc.Id quod nunc Lex nobis præcipit sed nemo præstat, peccatores enim nunc sumus & omnes natura filij iræ,Ephe.ij. Illa imagine Dei,id est,ueraci iusticia & sanctitate (sicut Deus uere iustus & sanctus est) amissa, quid restaret homini aliud quam mendacium, Hypocrisis,ignorantia Dei, contemptus D E I, iniusticia & peccatum, turpitudo & Idolatria, breuiter, concupiscentia aduersus Deum & proximum,contra Dei legem & uoluntatem?

Peccatum
Adæ.

Licet horrendissima peccata nunc sunt in mundo, tamen peccatum Adæ superat omnia peccata totius etiam mundi, non solum quod omnia hominum peccata & damnationes ex illo sunt, sed etiam in persona ipsius Adæ,Nam omnia peccata nunc fiunt ab hominibus natura corruptis,uel coecis,uel concupiscentia pertractis, Adam autem erat integer,creatus secundum Deum,id est, ad imaginem Dei,in ueraci iusticia & sanctitate,uidens & summe intelligens, nulla concupiscentia affectus ad peccandum,

IEREMIAE.

LXVI.

peccandum, tamen abiecit uerbum Dei, securitus uerbum
serpentis, mero Dei contemptu, Quod peccatum Adæ
grauius & magis horrendum est, quam nunc nos homi
nes natura corrupti uel cogitare possumus, Ipse Adam
post transgressionem abiectus a facie DEI ex Paradiso,
hoc intelligere potuit, qui a tanta gloria DEI cecidit in
ignominiam & damnationem Diaboli, DEI imaginem
habuerat, Deo iusto & uere sancto similis fuerat in uera
iusticia & sanctitate, Nunc amissa Dei iusti & sancti ima
gine, iniustus & concupiscentia mala contra Deum &
homines pollutus, induit imaginem diaboli iniusti, men
daci, homicidæ, blasphemi, qui propter transgressionem
& superbissimum Dei contemptum projectus fuerat e
cœlo & damnatus, Et factus est homo similis Diabolo
mendaci, iniusto, polluto & damnato, mendax, iniustus,
pollutus & damnatus, Horrendum dictu est, quo ceci
derit homo ille a sua sapientia, ueritate, iusticia & sanctis
tate, nempe non solum ad miseria corporales huius uitæ,
sed etiam in mortem æternam, excæcationem, cupiditas
tes, sceleras, idolatrias, contemptum uerbi Dei, terrores &
desperationem, ut uidemus in historria electi ex Paradis
so Adæ, Quia uero hæc intelligere potuit lapsus Adam,
ista cognitio peccati occidisset eum, non enim fuisset pos
sibile eum posse uiuere super terram, cognoscentem &
agnoscentem suum peccatum, tam horrendum ut nulla
lingua explicare possit, nisi Deus Euangeliu suo promiss
so Christo, eum sustentasset, ut in peccatis & miserijs fide
confortaretur & saluus fieret, Euangeliu est, Semen
mulieris conteret caput serpentis, Et signa tanquam sacra
menta bonæ uoluntatis Dei erga primos parentes sunt,
q; Deus dat eis tunicas pelliceas & fructus terræ quos e
dant, sed in labore & angustia.

X iii

Hæc

CAPUT TERTIUM

Hoc peccatum
peruersit in
omnes homines
est.

Hæc autem impietas, hæc excæcatio, hic Dei contemptus, hoc malum, quod diximus, corporis & animæ, temporale & eternū propagatum est in omnes homines a primo parente lapso et corrupto. Et ideo omnes homines a principio sibi sunt peccatores & damnati. Ro. iij. Omnes peccauerunt & iracant gloria Dei, Psal. l. Ecce in iniis quitatibus conceptus sum & in peccatis concepit me mater mea, Ephe. ij. Eramus natura filii iræ sicut & cæteri, Ioh. iij. Ira Dei manet super omnes quotquot nō credunt in filium Dei, Propterea hoc uocamus peccatum Originis, quod sicut transfusum est in omnes homines, ita & omnes homines etiam sunt sub lege, sub maledicto & damnatione legis, sub ira Dei & damnatione mortis æternæ, In quacumq; inquit, die comedenteris morte morieris. Ro. v. Quemadmodum per unum hominem peccatum in mundum introiit, ac per peccatum mors, & sic in omnes homines mors peruersit, quia omnes peccauerunt, Vñ q; ad legem enim peccatum erat in mundo. At peccatum non attenditur ubi non est lex, sed regnauit mors ab Adā usq; ad Mosen etiam in eos qui non peccauerant simili transgressione ut Adam &c.

Fuerunt, ut olim, ita & nostro hoc sæculo, qui inflati sua uel spirituositate uel inerudita eruditione, qui negarent peccatum quod originale uocatur esse damnabile peccatum, assererentq; tantum esse uitium et defectum in natura nescio quem, propter quem nō damnemur, sicut monachus non damnatur propterea q; non habet duos oculos, hi plane nihil intellexerūt in sacrī literis, indigni qui theologi uel dicerentur, Siquidem hac ratione non opus haberemus Christo, de quo Ro. v. Paulus sic dicit. Non ut peccatum fuit ita est & donum, Nam si unius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei & donum per gratiam

gratiam exuberauit in multos per Iesum Christū unum
in gratia hominem &c. Quid infelices isti sapientuli ex
suasione serpentis negant & morbum & remedium, pec-
catum & Christum? Quid norunt qui seipso non nos-
runt? Homines in experti sunt, qui si non noscent Pecca-
tum originis ex scriptura sancta, quam interim detorquēt
alio & deprauant, nosse tamen necessario possent uel ex
sua experientia, nisi stupidi sint etiam ad sua peccata & in-
fidelitatem, nosse possent arborem malam in nobis ex
fructibus, de quibus infra dicam, Nam etiam per Christū
redempti, iustificati, sanctificati, & spiritu Dei pleni, ad
huc conqueruntur de natura corrupta, cum Paulo R o. viij
Lex est spiritualis, Ego autem carnis sum uenditus sub
peccatum, Quid enim ago non probo, &c. Noui q̄ non
habitat in me, hoc est, in carne mea bonum, Nam uelle
adiacet mihi, at ut faciam bonum nō reperio, delectat me
lex Dei secundum internum hominem, sed video aliam
legem in membris meis rebellantem legi mentis meæ, &
captiuum me reddentem legi peccati, quæ est in membris
meis, Miser ego homo, quis me liberabit a corpore mortis
huius, Gratia Deo per Iesum Christum Dominum no-
strum. Itaq; idem ego mente quidem seruo legi Dei, car-
ne uero legi peccati, Nulla igitur nunc est cōdemnatio ijs
quis in Christo Iesu &c.

Peccatum igitur originis est, quod per contemptum Peccatum O-
& transgressionem Adæ amisimus imaginem D E I, se-
cundum quam homo creatus erat (ut Paulus exponit)
in uera iusticia & sanctitate, & facti sumus similes Dia-
bolo, iniusti, blasphemæ & damnati, ut nunc in hac etiam
mortali uita portemus imaginem terreni Adæ, subiecti
omnibus malis etiam corporalibus & morti. 1. Cori. xv.
Et ut simplicissime dicam, Peccatum originis uere est illa

CAPVT TERTIVM

concupiscentia mala contra Deum & contra proximum
id est, contra omnia D E I præcepta, quam etiam nos per
Christum iustificati adhuc in nobis sentimus, Rom. viij.
& contra eam oramus & Spíritu fidei pugnamus, Ro-
man. vi. Ne regnet peccatum etc, lege Roma. viij. Idem
noluerunt qui dixerunt, Peccatum Originale esse ca-
rentiam iusticæ originalis, id est, illius iusticæ quam De-
us creando dedit homini, Hanc iusticiam nunc requirit
Deus a nobis sua lege siue decem præceptis, dicens, Di-
liges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota
anima tua, ex omnibus viribus tuis, & proximum tuum
sicut teipsum, sed amissam nos præstare non possumus.

Post trans-
gressionem
legis, nunc le-
gem præstare
non possumus

Aiunt sapientuli, Si Deus sua lege præcipit ea quæ
nos præstare non possumus, iniustus est, & præcipiendo
irritet miseros homines, non docet quid uelit a nobis fi-
eri, Sed Deus sua lege requirit a nobis iusticiam & san-
ctitatem ueracem, quæ est imago DEI, quam Dedit pri-
mo homini, An non licet Domino a seruo postulare ra-
tionem datorum? Ut cum non inuenimus in nobis quæ
Deus requirit sua lege, agnoscamus nostrum peccatum,
Lex enim est cognitio peccati, Roman. iij. & quæramus
gratiam D E I in Christo, Lex enim est paedagogus ad
Christum, Gal. iij.

Huius peccati originalis fructus (ne recuses cognos-
cere ipsam arborem malam) sunt omnia opera & exter-
na corporis & interna cordis, quæ decem præceptis pro-
hibita sunt, ut infidelitas, superstítio, idolatria, absq; timo-
re Dei esse, præsumptio, desperatio, coecitas, non sustine-
re uerbum Dei a Prophetis & prædicatoribus etiam no-
bis obtrusum, ardenter amplecti traditiones humanas,
quæ sunt doctrinae Daemoniorum, ut Paulus ait, Vene-

num antiqui serpentis, quo perit a nobis uerbum D E I,
Breuiter, Deum neq; agnoscere neq; curare, Inde, mens-
tiri sub nomine Dei, iurare, non orare, non inuocare, ne-
gligere uerbum D E I, Inobedientia parentum & magis-
tratus, scortatio, immundicia, homicidium, furtum,
fraus, usura, rapina etc.

Error igitur est quod docuerunt in Scholis, post
lapsum primi parentis adhuc naturalia in nobis esse in-
tegra, id est, naturales uires, Et quod homines natura ha-
beant rectam rationem & bonam uoluntatem, id quod
docuerunt magis Philosophice quam Theologice, Item
quod homo natura habeat liberum arbitrium ad facien-
dum bonum, & omittendum malum, ad omittendum
bonum & faciendum malum, Et quod possit ex natura
libus uiribus omnia præcepta Dei implere, Deum dili-
gere super omnia, & proximum ut seipsum, Docuerunt,
Quando homo facit quod in se est, tunc certo dat ei Deo
us suam gratiam. Docuerunt, Eunti ad sacramentum
suscipiendum nō esse necessarium bonum propositum,
sed satis esse non habere malum propositum ad peccan-
dum, eo quod tam bona adhuc natura sit & tam efficax
sacramentum, Docuerunt non esse in scriptura funda-
tum, quod Spiritus sanctus cum sua gratia, sit necessari-
us ad bonum opus faciendum. Hæc omnia non conue-
niunt cum ijs quæ diximus ex uerbo D E I siue scripture
sancta, & ex nostra ipsorum experientia de peccato ori-
ginali, Hæc prouenerunt ex ignorantia peccati et Chris-
ti, Sunt enim doctrinæ gentiles, et faciunt Christum nos-
bis inutilem, aut saltem (ut Doctor Lutherus dicere so-
let) pro corporibus eum mortuum docent non pro ani-
mabus, & secundum eos corpus tantum est mortis, anima
autem integra adhuc est & sana.

CAPUT TERTIVM

Maxime ergo opus est prædicatione & cognitione legis, ut lex operetur in nobis uirtutem & efficaciam suam, id est, reuelet nobis principaliter, & in primis peccatum originale cum omnibus suis fructibus, ut uideat homo in quod profundum ceciderit ignorantiae, cœcitatis & impietatis, quod natura in tantum corrupta sit, ut opus habeat legis reuelatione ad cognoscendum quod non habeat uel curet Deum, quod adoret Deos alienos, id quod sine Lege & prædicatione poenitentia non crederisset, Per hoc primum humiliatur, terretur, desperat, cupit auxilium & nescit remedium, incipit odisse Deum & murmurare etc, Hoc est, quod Paulus Roma. iij. dicit, Lex est cognitio peccati, Roma. iiij. Lex iram operatur, Roman. v. Lex auget & fortificat peccatum. ij. Corin. iiij. Litera occidit & Lex est ministerium mortis etc.

Christi iusti-
cis.

Ab hoc horrendo originis malo & tetra caligine Satanæ & Regni tenebrarum nemo liberatur & eximitur ut redeamus ad amissam DEI imaginem, nisi per Iesum Christum filium Dei pro nobis incarnatum, qui est splendor gloriae Dei & expressa imago substantiae eius, Hebræ. i. in quem credentes & fide in faciem eius intendentis, id est, perpetuo crescentes in cognitione Christi, transformamur ad eandem imaginem, a gloria in gloriam tanquam a Domini spiritu, ij. Corin. iiij. quemadmodum Paulus nos admonet & hortatur, ut ante diximus, Induite nouum hominem, qui secundum Deum (id est, ad imaginem DEI) creatus est, non secundum aures, nasum, oculos et os (quemadmodum pueriliter intelligunt imaginem DEI) sed in ueraci iusticia & sanctitate, quem admodum & pater Iohannis Zacharias Lucæ. i. plenus Spiritu sancto canit. Seruiamus illi (non traditionibus hominum & pompis operum, quæ non sunt imago Dei sed) In.

sed) In sanctitate & iusticia coram ipso omnibus diebus nostris. Ita per Christum deterguntur peccata & tenebrae nostrae, & redimus paulatim ad imaginem DEI secundum quam creati eramus & quam in Adam amisimus, donec perueniamus ad resurrectionem mortuorum, quando perficietur haec imago gloriae DEI in nobis, & erit Deus omnia in omnibus. 1. Corint. xv. Haec est praedicatio Euangelij & Regni gratiae in CHRISTO, de qua nunc ex Prophetia Ieremiæ dicemus.

CONVERTIMINI. Hic promittitur Christus & Euangeliū gloriæ magni Dei, id quod cogentur nobis hoc loco permittere Iudei, uelint, nolint, Nam non possunt ostendere nobis, quando unus ex ipsis portarit aliquam ciuitatem, & duo totam aliquam regionem & Regnum, ad montem Zion. Item uident hic Iudaicum cultum, in lege mandatum, aboleri, quando dicit, Arcam Domini relinquendam, & locum Arcæ, extra quem non licebat sacrificare, Deut. xiiij. postquam reuelatus erat locus in Ierusalem. Præterea, quomodo erit Ierusalem solium Domini, quando non erit ibi Arca & propiciatorum sedes Dei, secundum promissionem, Exod. xxvi. iiij. Reg. viij. & ix. s; Adde, Quando omnes gentes ad Dominum conuersæ, congregatae sunt in Ierusalem? Deniq; uideant, quid Propheta dicat de reducendo, non solum Iuda sed etiam Israele, & quod unum Regnum ex eis rursum futurum sit, sicut unum fuit sub Dauid & Salomone, Regno Iuda promissa erat redditio post septuaginta annos, non Regno Israelis, Et tribus Iuda cum tribu Beniamin reducta est, & reddita suis sedibus & agris, ut legis in Esdra. Quanquam & de reductione Israelis alias dicam in hoc Propheta. Item

Christus &
Euangeliū
etius.

Y iij reductis

CAPVT TERTIVM

reductis etiam hic promittitur hæreditas gentium. Tascœ nunc de gratia D E I quæ hic describitur, quam neq; Iudæi neq; ulli iusticiarij intelligere possunt. Ostendant nobis Iudæi hæc omnia in suo terreno Regno post captiuitatem completa. Et cum non potuerint ostendere, nos ostendimus in Christo hæc ita completa, ut ne iota quidem ex his perierit, attestantibus nobis & alijs Prophetis & scripturæ locis.

Gratia.

Exod. 29. 45.
Exod. 34. 10.
Exod. 34. 11.

Tides.

Primum dicit. Conuertimini filij desertores, in quo mera gratia prædicatur, ne quid meritis nostris arrogesmus. Non enim uocat iustos, sed peccatores, Esaïæ. xlivij. Ego sum, Ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter Me, & peccatorum tuorum non recordabor.

Secundo, Quia ego despōsabo uos Mihi. Mirabilis gratia Christi sponsi nostri, nobis hic significatur in imagine coniugij. Siquidem unum sumus cum eo, & per eum accepti sumus Patri, Omnia mala nostra facit sua, aufert, ea a nobis Agnus D E I qui portat peccata mundi, & omnia sua bona communicat nobis & nostra esse facit, quando interim ipse quantus quantus est noster est, & per eum ipse pater est noster, lege Ephe. v. Viri diligite etc, Osee. ij. Hæc ita dicuntur. Et sponsabo te Mihi in sempiternum, & sponsabo te in iusticia & iudicio & in misericordia & miserationibus, & sponsabo te Mihi in fide, & scies quod Ego sum Dominus. Non dicit, Paciscar tecum, ut cū patribus, sed sponsabo te Mihi, Non est maior amor in terris quam inter sponsum & sponsam. Hæc nuptiae, ut audis, sunt Regnum fidei, quas Rex facit filio suo, ut est in Euangelio.

Propagatio
Ecclesie.

Tertio dicit. Adducam uos, ut unus secum ducat totam ciuitatem, & duo totam regionem uel terram. Vel sic, Et assumam uos, unum cū ciuitate, & duos cū na-

tione,

IEREMIAE.

LXX:

tione. Interpretes hoc loco metuebant ita transferre, absurdum forte iudicantes. Et intellexerunt, ex multis undique paucos suscipiendos, & reliquias saluandas, ut alibi scriptura promittit, cum contra, hic dicatur, eos maximo numero suscipiendos & multiplicandos, ita ut unus suscepimus a Deo rapiat secum ad Deum unam aliquam totam ciuitatem, & duo totam aliquam regionem uel nationem. Hoc factum est ubi coepit inuulgari Euangelium, Vnus multos adduxit, id est, conuertit ad Christum, & pauci prædicatores multas nationes, Lege Acta Apostolorum & alias historias. Ita & Esaiæ. xl ix. dicitur, Leua in circumitu etc, Ecce leuabo ad gentes manum meam, & ad populos exaltabo signum meum, & adfuerint filios tuos in ulnis, & filias tuas super humeros portabunt etc, Apoca. vlt. Spiritus & sponsa dicunt, Veni, & qui audierit, dicit, Veni.

Quarto dicit. Et introducam uos in Zion, Infra dicit, In Ierusalem, Ecclesia Christi in scripturis Zion et Iesu & Zion Ierusalem appellatur, Quia illuc olim populus Mesiæ congregabatur ad uerbum Dei & sacrificia, Et postea Euangelium, misso e cœlis Spiritu sancto, ibi coepit prædicari, & Ecclesia Christi congregari, ut legis Act. ij. sed non in eo loco solo permanxit. Siquidem creuit multiplicata, & inde dilatata est per totum mundum, secundum illud Esaiæ. ij. & Micheæ. iiiij. Venite ascendamus ad montem Domini & ad domum Dei Iacob, et docebit nos uias suas & ambulabimus in semitis eius, quia de Zion exhibet Lex, & uerbum Domini de Ierusalem etc, Et in Psalm. Virgam uirtutis tuæ, siue Sceptrum Regni tui, id est, Euangelium, emittet Dominus ex Zion, Ideo Zion et Ierusalem Ecclesia Christianorum est ex Iudeis & gentibus congregata in unitate non loci sed fidei, ad Domini

Y iij num &

CAPVT TERTIVM.

num & ad Christum eius, Psalm. ij. Ego autem constitui Regem meum super Zion montem sanctum meum, Quia Christus uenit sanctificatus populum non locum, Et additur ibi de dilatatione Regni, Postula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem terminos terræ. Hoc est quod de superna Ierusalem, id est, Regno cœlorum sive Regno Christi, cuius conuersatio non est in terris (Philip. iiij.) dicit Paulus, Gal. iiij. Ierusalem quæ sursum est, non illa terrena, est mater nostra, lege ad Hebræ, xi. Accessistis ad montem Zion, & ad ciuitatem Dei uiuentis Ierusalem cœlestem, & ad innumerabilium Angelorum cœtum, & ad concionem primogenitorum, qui conscripti sunt, in cœlo, & ad iudicem uniuersorum Deum, & ad Spiritus iustorum pectorum, & ad noui testamenti mediatorem Iesum, & ad sanguinem aspersionis, meliora loquentem quam loquebatur sanguis Abel, De hac sancta ciuitate & Regno Christi sæpe dicunt Prophetæ, lege Esa, xl ix, liij, liij, lv, lx, lxi, lxij, lxv, lxvi. Et in Psalm. qui incipit, Fundamenta eius, dicuntur Philistæ, Tyrii & Aethiopes, Aegypti & Babylonij, id est, gentes nasci in Zion, quemadmodum hic Jeremias dicit, eò congregandas omnes gentes, Hec certe Iudaicas expositiones non admittunt, sed in Christi Ecclesia complentur, Interim uero non negligendum est quod dicit, Ego adducam, Ego introducam etc, ne quid in hac Christi gratia nobis tribuamus etc.

Boni pastores

Quinto dicit. Et dabo uobis pastores secundum cor meum, qui pascant uos doctrina & sapientia, Quos predicatores promittit contra Pseudoprophetas & Pharisæicas traditiones, Ezech. xxxiiij. Ecce, Ego ipse requiram oves meas etc, Egregium & summum donum Dei est quan-

est quando dat bonos Doctores, prædicatores & recto-
res, Vnde Christus admonet, Rogate Dominum mes-
sis ut mittat operarios in messem suam, qui & ascendens
in altum dedit dona hominibus, fecit enim quosdam A-
postolos, alios Euangelistas, alios Prophetas, alios pa-
stores & Doctores in ædificationem corporis sui, quod
est Ecclesia etc, Ephe. iiiij. Contra, Summa Dei maledi-
ctio est, quando auferitur uerbum, lege Amos viij. Et
mittam uobis famem, non panis, sed audiendi uerbi etc.

Sexto dicit, Cum multiplicati fueritis & creueritis Abrogatio
legis manis
festa.
in terra, in diebus illis, dicit Dominus, non dicent ultra de Arca foederis Domini, Non erit memoria eius, non prædicabitur ultra de ea, Non quærerent eam, neq; quicquam fiet, id est, non sacrificabitur ibi. Sed in diebus illis uocabunt Ierusalem Thronum Domini. Et congregabuntur ad eam omnes gentes, propter Nomen Domini quod erit in Ierusalem.

Hæc est manifesta abolitio & abrogatio legis et ueteris obseruantiae a Deo Iudæis præceptæ, Arca foederis DOMINI hic nihil est, cui locus electus a DEO ante quærebatur, & postea Templum ei a Salomone ædificabatur, Nihil hic sunt omnia legis sacrificia, quæ in loco Arcæ Domini fieri iubebantur, Breuiter, Non adoratur neq; inuenitur nunc ultra Deus super illud Arcæ propiciatorium, Non est hic Deus ultra in omni illo cultu ueteris legis. Siquidem in Ierusalem illa cœlesti, id est, in Ecclesia Christi est aliud propiciatorium, aliud solium Domini, extra quod Deus non inuenitur. Hoc propiciatorium & solium est Christus Iesus per sanguinem suum, Ibi adoratur, ibi inuenitur Deus, Roman. iiiij. Quem Deus proposuit propiciatorium etc, Hebræ. iiiij.

Y iiiij. Accedamus.

CAPVT TERTIVM

Accedamus ad Thronum gratiæ etc, i. Ioan. ij. Qui est propiciatio pro peccatis etc, Est enim nunc iusticia DEI manifestata per Euangelium sine lege, Roma. ij. Impunitatur nobis iustitia, id est, remittitur nobis peccatum, & gratis donatur uita æterna propter solum CHRISTum, quem habemus ubiqꝫ præsentem, ut non opus sit currere Ierosolymam, Romam etc, neqꝫ opus sit Antichristiana Papistarum prædicatione, Ecce hic, Ecce illic Christus, quemadmodum Simeon cecinit de puerō Christo, Lus. ij. Video salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum. Lumen etc. Quod autem addit, Propter Nomen Domini quod erit in Ierusalem, alludit ad hoc, quod post ædificatum Templum dicebatur nomen Domini habitare in Ierusalem, & uere ibi erat, quia ibi de Deo predicabatur eius uerbum, sacrificabatur secundum uerbum DEI Deo, inuocabatur Deus, & Deus ibi exaudiebat inuocantes, secundum ipsius promissionem Exo. xxix. Habitabo in medio filiorum Israel etc, Nunc uero est alia nobis Ierusalem, in qua habitamus, nempe non terrena sed coelestis. Ibi solum est Nomen Domini, quia ibi docetur Euangelium, inuocatur Deus, administrantur CHRISTi sacramenta, Omnia fiunt ad gloriam DEI in Christo Iesu Domino nostro.

Nomen Do-
mini.

Ecclesia ex
omnibus gen-
tibus per Re-
missionem
peccatorum.

Septimo dicit. Vbi congregatae fuerint omnes gentes in zion, (has terrena Ierusalem quando caperet?) tunc non ambulabunt ultra post cogitationes cordis sui praui. Iudæi habuerunt legem scriptam, & per illam non potuerunt iustificari, Gentes eam non habent & iustificantur, ut hic uides, Ergo ex lege non est iusticia coram Deo, sed ex gratia (ut hic dicitur) desponsationis, quando credimus promissioni gratiæ in Christo, Vides itaqꝫ ut antea abolitionem legis, ita & nunc abolitionem peccati

IEREMIAE.

LXXII.

cati etiam apud gentes sine lege, quæ erant populi Sata-
næ, omnino sine Deo & sine Christo in hoc mundo.
Ephes.ij.secundum aliam prophetam Danielis. ix. Ut con-
summetur prævaricatio, & fine accipiat peccatum, &
deleatur iniquitas, & adducatur iusticia sempiterna &c.
Nusquam in scripturis magis exprimitur gratia, quam
quando gentes, quæ ne fingere quidem sibi meritum pos-
sunt, uocantur & suscipiuntur ad gratiam & CHRISTO
incorporantur.

Octauo dicit. In diebus illis ibit Domus Iuda ad domum Israel, & uenient simul de terra Aquilonis in terram quam dedi patribus uestris hæreditatem. Non posse test hoc intelligi de reductione ex captiuitate Babylonica, ut supra dictum est, quando ex Iuda & Benjamin redi-
cti sunt Iudei, tantum in terram Iuda, non in terram Isra-
ael, ubi Samariam Samaritani & alijs tenebant, in locum Israelis ab Assyrio Rege subrogati. Itaque haec dicuntur de spirituali reductione, qua homines propter peccatum & Impietatem a Deo abieicti reducuntur fide ad Christum, inuulgato Euangelio. Tunc & multi ex Israel, ex omni natione quæ sub cælo est, habitabant Ierosolimis propter religionem. Acto. ij. Verum de corporali etiam Israelis siue decem tribuum reductione (quæ tamen non sunt redditæ suis agris) clarius alibi in hoc propheta dicam. Alij uero ex Israel manentes in suis locis, dispersi inter gentes omnium nationum quæ sub cælo sunt, postea suscepserunt Euangelium. Quæ est uera reductio de qua hic dicitur, non mutatio loci sed infidelitatis. Hic est uerus ingressus in terram sanctam patribus promissam & datam. Si quidem fide ingressi sunt in habitacula Dei, de quibus in Psalmis sape canitur. Et Abraham ne paſsum quidem pedis accepit in terra Canaan, Acto. vii. Id quod Heb. xi. sic dicitur.

Z

sic dicitur.

CAPVT TERTIUM

Sic dicitur. Expectant ciuitatem habentem fundamenta, Exeamus cum Ihesu extra castra, opprobrium crucis portantes, Non enim hic habemus permanentem ciuitatem, sed futuram inquirimus, ut patres illi olim, Et rursum iuxta fidem hi omnes defuncti sunt non accipientes hic promissionem &c. Præterea multi sancti & prophetæ omnia mala in terra sua olim sub impijs passi sunt, de quibus ibidem dicitur, hi omnes testimonio fidei probati, non accesserunt reprobationem, Deo pro nobis melius aliquid prouidente, ut non sine nobis consummarentur, facile igitur uidetis hic terram intelligi Ierusalem & zion, ea ratione qua ut supra diximus, quam non mutatione loci querimus. Siquidem dilatata est per totum orbem terrarum, immo nonus orbis dicitur, ut Psal. virg. Quoniam uidebo cœlos tuos, opera digitorum tuorum, lunam et stellas que tu fundasti, ut est in epistola ad Hebre. cap. ii. Non enim subiecit Deus angelis orbem terræ futurum de quo loquimur.

Mirabile Regnum Christi
in terris.

Mirabile est hoc Regnum cœlorum in terris. Nam a mundo non uidetur. Non enim mutat locum, faciem, uestem, uitium, officium, sexum, ætatem, opera debita, sanitatem, languorem, tempora, leges, consuetudines, politias, magistratus, coniugia, liberos, possessiones, cœlum, aerem, solem, diem, noctem &c. nisi quid turpe sit & homine probo indignum, et tamen facit nouos homines, nouum lumen, nouos affectus, terrenorum contemptum, ita ut quæ donata & commissa a Deo habent non aliter possideant quam ut Dei dona, non hisce transitorijs innuentes sed tantum gratiae patris, in cuius domo siue Regno se habitare per fidem agnoscunt.

Testimonium
Prophetarum
mortem Salomonis perpetuo sese mutuo conficiebant, &
de hæreditate

IEREMIAE. LXXIII:

de hæreditate gentium, ad Iudeos, Christo per fidem mis-
ertos, peruentura, (quod factum est per Euangelium
quod ex Iudæis uenit ad nos gentes) sic etiam dicitur
Esa. xi. In die illa radix Iesse, id est, Christus &c. Et dis-
persos Iuda colliget a quatuor plagis terre, (non solum
ex aquilone) & auferetur iniuria Ephraim, id est, Regni
Israel &c. Et Osee iij. Dies multos sedebunt filii Israel
sine Rege, sine principe, sine sacrificio, sine altari, sine Es-
phot, sine cultu Dei, Post haec conuertentur filii Israel, &
quærerent Dominum Deum suum & Dauid Regem su-
um (id est, Christum ex carne Dauid nasciturum) & ue-
nerabuntur Dominū & gratiam eius in nouissimo die-
rum, Et cap. i. Et erit numerus filiorum Israel quasi arena
maris, quæ sine mensura est, & non numerabitur. Et erit
in loco ubi dictum est eis, Non populus meus uos, dices-
tur eis, Filii Dei uiuentis, Et congregabuntur filii Iuda et
filii Israel pariter, & ponent sibi met caput unum (id est,
Christum) & ascendent de terra, quia magnus dies Iesu-
el (id est, seminis Dei, siue populi qui est semen DEI) Sic
& Ezechiel ait ca. xxxiij. Suscitabo super ea, id est, peco-
ra mea, pastorem unum, qui pascat ea, seruum meum Da-
uid (id est, Christum) ipse pascer ea, & ipse erit eis in pa-
storem, Ego autem Dominus ero eis in Deum, & seruus
meus Dauid princeps in medio eorum, Ego Dominus lo-
cutus sum, Et faciam cum eis pactum pacis, & cessare fa-
ciam bestias pessimas &c. De hoc Regno Dauidis, id
est, Christi, & de hac reductione populi, infra uidebis Ier.
xxiiij. & xxxi. Ecce dies uenient, dicit Dominus, et feriam
domui Israel & domui Iuda fædus nouum, non secundū
fædus quod pepigi cum patribus eorum &c.

Nono additur promissio Dei (quam inquit mul-
tiplicabo te &c.) de multiplicatione populi in Ecclesia

Promissiones
Ecclesie.

Z ij gentium,

CAPUT TERTIVM

gentium, et de dilatatione Ecclesiæ per totū orbem terræ
rum, psal. xxi. dicit Christus ad patrem, Narrabo nomen
tuum fratribus meis, in medio Ecclesiæ laudabo te, De te
laus mea in Ecclesia magna, Domini est Regnum & ipse
dominabitur gentium &c. Esa. xlix. leua oculos tuos cir-
cumquaq; &c.

Decimo. Et promitto q; tunc uocabis me patrem &
non deficies la me, Hoc per legem & studia nostra uel me-
rita fieri nō potest, Iohan. i. Qui non ex sanguinibus &c.

Pœna contem-
nentium pro-
missiones Dei.

SED QVEMADMODVM. Con-
queritur Dominus promissa sua & de terrenis rebus &
de cœlestibus contemni, Ideo homines casueros in ma-
lum captiuitatis, ut ubiq; audiatur ploratus & ululatus
etc, Impij suo contemptu prouocant contra se iudicia
DEI, Non enim Deus sustinebit se perpetuo contemni
impune, quando admoniti etiam uerbo DEI & allecti
promissionibus DEI resipiscere nolunt. Ergo frustra
scilicet prædicatur uerbum Dei: Non, quemadmodum
Deus dicit Esa. iv. Sicut descendit imber & nix de cœlo
etc, Quia quidam conuertuntur ad Dominum & dant
gloriam Deo, ut sequitur.

Confessio Ec-
clesia Christi.

Fatres non se-
quendos, sed
Deum Patrem
qui dicit, Huc
audite.

ECCE NOS VENIMVS. Mimesis
est illorum, qui accepta prædicatione uerbi DEI, postea
ex miserijs & peccatis, coecitate & Idolatrijs suis reditu-
ri sunt ad Deum, deserentes suum et patrum suorum er-
rorem, Certe hic non dicunt, ut nostri impij obstrepens-
tes Euangeli, Ego uolo credere sicut Patres mei credi-
derunt, uolo manere in antiqua fide, id est, uolo esse A-
theos & nihil credere, sed dicunt Patres nostri errau-
runt, & horrenda Idolatria contaminati docuerunt fal-
sam religionem & mendacem cultum, Hæc est uera po-
nitentia

IEREMIAE.

LXXIII.

nitentia et resipiscientia illorum qui reducuntur reductio
ne spirituali ad Deum. Sic & nos hodie Euangelio
Christi illuminati, & agnoscentes gratiam Dei in Christo,
confitemur & abiijcimus blasphemias doctrinas Pa-
pistarum & Antichristianos ipsorum cultus & errores,
Nihil morati quos patres illi nobis obijciant & dicant,
Sancti patres sic statuerunt & obseruauerunt, Quales
quales sint illi patres, ego reuertor ab erroribus, quos
nunc cognosco, ad Euangelium salutis æternæ, Etiam
si Angelus e cœlo aliud euangelizet (ut nō obijcias mihi
tuos uel meos patres sanctos uel non sanctos) anathema
sit, Gal. i.

Colles & montes dicit, ubi colebant Deum contra
Dei uerbum, qui erant mendaces, id est, quicquid ibi do-
cebatur & fiebat, erat nihil aliud quam seductio.

Dicunt nostri Hypocrite sufficiarij hodie, Illa omnia
quaæ feci per uiginti annos in Monasterio aut aliás, nihil
scilicet essent tam pulcher cultus DEI scilicet esset
nihil. Sed hic resipiscientes dicunt, Labor & cultus pa-
trum nostrorum & noster confundatur & pereat, cum
ouibus & bobus & omnibus quaæ sacrificauerunt, & cū
filii & filiabus ipsorum, quia & ipsos sacrificauerunt
summo, ut pertabant, & DEO acceptissimo sacrificio, ut
in Psal. dicitur, Et immolauerunt filios suos & filias suas
Dæmonijs dijs quos ignorabant, ut canit Moses in can-
tico, Non recordetur Dominus istius laboris nostri, nos
libenter sustinemus ut pereat sine nobis. Quod crede-
bamus esse cultum DEI, & in quod confidebamus, hoc
nunc est ignominia nostra, & agnoscimus fuisse pecca-
tum Idolatriæ, quo ad iram potius concitauimus Deum,
quia uerbum DEI sequi debemus, non somnia cordis

Z. iii. nostri

CAPVT QVARTVM.

nostri, aut traditiones humanas, siue obseruationes & cultus patrum nostrorum.

CAPVT QVARTVM.



I conuersti ibis Israel, conuertere ad me. Si abstuleris abominatio-
nes tuas a facie mea, non hinc de-
migrabis. Tunc iurabis in uerita-
te & in iudicio & in iusticia, uiuit
Dominus. Et benedicentur in Ip-
so gentes, quæ gloriabuntur de Ipso. Hæc enim
dicit Dominus uiris Iuda & Ierusalem. Arate uo-
bis nouum agrum, & nolite serere inter spinas.
Circumcidite uos Domino, & auferte præputia
cordium uestrorum uiri Iuda et habitatores Ieru-
salem, ne erumpat furor meus ut ignis, & succen-
datur ut nemo possit extingui-
re, propter malici-
am studiorum uestrorum.

Annunciate tunc in Iuda, & clamate in Ieru-
salem & dicite, Clangite tuba in terra, clamate for-
titer, & dicite, Congregamini, & ingrediamur ci-
uitates munitas, Leuate uexillum in Zion, Cumu-
lamini, & nolite cessare, Quia Ego adduco ma-
lum ab Aquilone, & calamitatem magnam. As-
cendit Leo de cubili suo, & uastator gentium e-
gressus procedit de loco suo, ut faciat terram tu-
am soli-

am solitudinem, & ciuitates tuas exurat, ut nemo
ibi inhabitet, Propter hoc induite uos saccis, plan-
gite & ululate, quia ira furoris Domini non cessat
a nobis.

In die illa, dicit Dominus, peribit cor Re-
gis & cor Principum, & obstupescent sacerdotes
& prophetæ consternabuntur. Ego autem dixi,
Ah Domine Deus, ualde frustrari fecisti hunc po-
pulum & Ierusalem sua spe, quando dixerunt,
Pax erit uobis, cum tamen gladius usq; ad ani-
mam pertingat, In tempore illo dicetur populo
huic & Ierusalem, Ventus urens uenit a montanis
uelut ex deserto, qua itur ad Filiam populi mei,
non ad uentilandum, necq; ad purgandum, uentus
fortior ipsis, Tunc Ego loquar iudicia mea con-
tra ipsos, Ecce, Ascendit ut nubes, & currus eius
quasi tempesta, uelociores aquilis sunt equi eius,
Veh nobis, Vastabimur.

Laua ergo Ierusalem a malicia cor tuum, ut
libereris, Quousq; apud temorabuntur uani do-
ctores? Vox enim uenit a Dan, & a montanis E-
phraim nuncium malum, quod Gentes glorian-
tur, Et fama peruenit usq; ad Ierusalem, q; Custo-
des ueniunt ex terra longinqua, & uociferabun-
tur contra ciuitates Iuda, Obsidebunt eas circum
quaq;, uelut custodes agrorum, Quia ad iracun-

Z iiiij diam

CAPVT QVARTVM

diam me prouocauerunt, dicit Dominus, Vig tuę
& facta tua pepererunt tibi hæc, Tunc sentiet cor
tuum, quam grauiis sit malicia tua.

Quam doleo intus, Cor meum palpitat in
me, & non cesso dolere, Quia uocem tubæ audit
anima mea, cædem & classicum continuum, Tota
enim terra uaſtatur, Subito tentoria & tabernacu
la mea deſtruuntur, Quam diu uidebo uexillum,
& ſonitum tubæ audiam? Sed ſtultus eſt popu
lus meus, non credit mihi, Filij insipientes ſunt,
contemnunt, Sapientes ſunt ad faciendum mala,
ſed ut bene faciant diſcere nolunt.

Aspexi terram, & ecce uacua erat & inanis,
cælos & non erat lux in eis, Intuebar montes, &
ecce, montebantur, & omnes colles trepidabant,
Aspexi, & ecce, non erat ibi aliquis homo, & om
ne uolatile ſub cælo aufugerat, Intuebar, & ecce
agri erant ſolitudo, & omnes ciuitates eorum de
ſtructæ, coram Domino & ira furoris eſus.

Quia ſic dicit Dominus, Tota terra uaſtata
erit, ſed tamen conſummationem non faciam, It
circo lugebit terra, & cæli ſuper hoc moerebunt,
quia Ego locutus ſum, Ego ita conſtitui, & non
Me poenitebit, neq; ab hoc ceſſabo, Omnes ciui
tates fugient a clamore militum & ſagittariorum,
current

currentq; in densas sylvas, & ingredientur in ca-
uernas petrarum. Omnes ciuitates derelictæ erūt
ut nemo ibi habitet.

Quid tunc facies tu vastata? Etiam si te pur
pura uestias, & aureis monilibus ornes, & faciem
tuam fucaris, frustraneus erit ornatus tuus, Nam
qui tibi nunc adulantur amatores tui, contemnent
te, & querent animam tuam, Vocem enim audio
ut parturientis, angustiam ut primum parientis,
Vocem filie zion, clamantis & manus suas iactan-
tis. Veh mihi, deficit anima mea propter interfe-
ctiones.

Ad pœnitentiam & fidem horratur ut ante, promit
tens ueniam peccatorum & gratiam DEI, imponitenti-
bus uero comminatur captiuitatem Babyloniam, Hæc
omnia Propheta agit egregijs uerbis ut perpetuo.

SI CONVERTI VIS. Egregius Ios-
eus (si quis uidere possit) de uera pœnitentia, Nam falsæ *vera et falsa*
pœnitentiae sunt multæ. Hypocritæ enim cum præmun-*pœnitentia.*
tur famæ, peste, bello, alijs malis, conuertuntur et prædi-
cant pœnitentiam, sed non conuertuntur ad Dominum,
quemadmodum hic dicit. Si conuerti uis Israel, conuer-
tere ad me, id est, relinque tuos errores, Idolatrias, uanos
cultus, falsas religiones, & conuertere siue reuertere ad
Me, id est, ad uerbum meum, quemadmodum sequitur,
Si abstuleris abominationes tuas (quas tu iudicas san-
ctos esse cultus) a facie mea, non hinc demigrabis scilicet
A a in Babys

CAPVT QVARTVM

in Babyloniam captiuitatem. Dicunt quidem, Relin-
quamus malam uitam nostram, & conuertamur ad De-
um, ut nos liberet, sed quod conuertuntur: non certe ad
Deum, ad Euangeliū gloriæ DEI, sed ad abominatio-
nes (ut nostri Papistæ) ad suas satisfactiones pro pecca-
tis, multiplicant sua iustificariā ieunia, ut ille qui dixit, Ie-
suno bis in Sabbato, augent processiones quas uocant,
invocant patrocinia Sanctorum, quærunt indulgentias
Papales in locis suis sanctis, augent cultus quos uocant
DEI, quemadmodum Achas Rex Iuda fecit in tempore
angustiæ suæ. Hæ quidem sunt poenitentiae & conuersi-
ones, sed non conuertuntur ab errore ad uerbum DEI,
a suis blasphemis ad Deum, immo magis tunc uanis &
blasphemis cultibus & infidelitate prouocant Deum ad
iram, ut diximus ante de poenitentia capite secundo.
Ideo cum non liberantur a malis, improverant Deo sua
bona, ut Esa. lviij. Ieiunauimus & non aspexisti, afflixii-
mus corpora nostra & non sciuisti etc. Et in Malachia
dicunt. Vanus est qui seruit DEO, quid prodest nobis
quod ambulauimus tristes etc. Audiunt quidem Hypo-
critæ illas Prophetarum uoces, ut Ioelis. ij. Conuertimi-
ni ad me ex toto corde uestro, ieunantes, flentes, lamen-
tantes, Scindite corda uestra & non uestimenta uestra, et
conuertimini ad Dominum Deum uestrum. Ipse enim
est clemens etc, sed non intelligunt, quid sit. Conuerti-
mini ad me ex toto corde uestro, Ego sum misericors &
remitto peccata, Scindite corda uestra. Tantum ieunia
& quædam opera simulant, non ut signa ueræ conuersi-
onis & poenitentiae de quibus dicit Ioel, sed ut satisfac-
tiones, per quas mereantur gratiam DEI, qua est infidelis-
tas ipsorum. Hoc est quod hic admonet. Si conuersti uis
Israel, non conuertere aliò per falsam poenitentiam, sed
conuertere

IEREMIAE.

LXXVII.

conuertere ab errore & impietate tua ad uerbum meum
etc.

TVNC IVRABIS. Ad promissionem corporalem siue corporalis boni, Non hinc demigrabis, addit duas spirituales resipiscientibus, Prior est, quod posse stet illuminati uerbo DEI, non amplius irana docebunt sub nomine Domini, quasi cultum Dei, ut hactenus fecerunt, sed prædicabunt & docebunt DEI ueritatem, Dei iudicium, & Dei iusticiam, Hoc est (resoluendo hebreos) Iurabis, id est, prædicabis, in ueritate, id est, uere, non mendaciter siue in Hypocrisi, ut nunc facis, quando non nosti Deum, etiam si glorieris de Deo et Dei cultibus, Ro. iiij. quemdmodum Christus iusticiarjs Iudæis dicit, Ioann. viiiij. Quem dicitis quod Pater uester est, & non nouistis eum, quod si dixero non noui eum, ero similis uobis mendax, Doces enim nunc traditiones humanas, factos cultus & religiones, magna specie sanctitas in mendacio, Esa. xxix. Item iurabis uel prædicabis in iudicio, id est, recte uel iure, damnans scilicet que sunt damnanda, Recte prædicabis legem & poenitentiam siue conuersionem ad Deum, non docebis per legem aut opera legis nos iustificari, sed potius per legem nos peccatores iudicari, Et iurabis siue prædicabis in iusticia, id est, iuste, uel iusticiam Dei, quod non iustificantur homines per sua opera, sed quod solus Deus iustus est & iustificat impium per fidem, Rom. iiiij. ut in Psalm. dicitur. Apud Dominum misericordia & copiosa apud eum redemptio, Et ipse redimet Israel ex omnibus iniurietibus eius.

Vulgaris iuramenti forma apud hebræos erat hæc
Viuit Dominus, quasi dicas, Per Deum uiuentem, Per

*Sana doctrina
uocatur Sana
etiam iuramen
tum.*

A ij Deum

CAPVT QVARTVM

Deum uerum, Ita iurabant contra idola & uanitates gentium, Nam dij alieni dicuntur quidem ab infidelibus, sed non sunt, non uiuent, non posunt uiuare, dæmonia sunt seducentia homines, quemadmodum Paulus doctrinas & traditiones humanas uocat doctrinas dæmoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium &c. i. Timo. iiiij.

Aduerte q̄ iurare uere in nomine Domini, est Deu-
jurare uere in um timere summumq; honorem Deo tribuere, nempe
nomine Domini ueritatis. Psal. laudabuntur omnes qui iurant in eo, Deut.
vi. & x. Dominum Deum tuum timebis, & illi soli serui-
es, & per nomen eius iurabis. Hanc reuerentiam & timo-
rem non habebimus Deo, neq; hanc ueritatis gloriam ei
tribuemus in doctrina & confessione, nisi ab erroribus
nostris ad ipsius uerbum conuersi, Conuersis autem pro-
mittit hic se hanc daturum gratiam, ut sint & corde & ore
ita affecti erga Deum, alioqui permanebimus perpetuo
in hypocrisi nostra, Nostro studio nunquam emerge-
mus, ut raceam, q̄ hypocrisis, quia cæca est, hoc studium
ne desiderabit quidem, Hinc factum est, ut in prophetis
iurare accipiatur saepe per hebraïsum, pro prædicare siue
publice docere in nomine Dei, & confiteri constanter
uerbum Dei, maxime properea, q̄ sacerdotes & proph-
etæ docentes nomen Dei contestabantur dicentes, hec dicit
Dominus. Viuit Dominus, id est, uere per deū hoc quod
doceo est uerbum Dei, falsi doctores docentes non uerba
Dei sed doctrinas & mandata hominum quasi uerbum
Dei & doctrinam iusticiæ, falso, mendaciter & in hypo-
crisi iurabant, neq; iudicium Dei neq; iusticiam Dei uere
docentes quemadmodum capite sequenti dicit Ieremias.
Quod si etiam dixerint, Viuit Dominus, & hoc falso iu-
rabunt, Hoc se aboliturum resipiscientibus, hic Deus pro-
mittit,

mittit, & se daturum ipsis sanctos prophetas, prædicatores & doctores. Hoc etiam uidere licet Esai. xlvi. ubi etiam Gentes uocantur ad iusticiam Euangeli. Conuerteri (inquit) ad Me, & salui eritis omnes fines terre. Ego enim sum Deus, & præterea nullus. Ego Iuro per Me metipsum, & verbum iusticiæ egreditur ex ore meo, & non mutabitur. Nempe hoc, Mihi curuetur omne genu, & iuret omnis lingua, & dicat, in Domino est mihi iustitia & Fortitudo. Tales uenient ad Eum, qui autem res pugnant ei confundentur. In Domino enim iustificabitur omne semen Israël, & de Eo gloriabitur. Et lxv. de novo testamento. Et interficiet te (Iudæos contemptores) Domin⁹ Deus. Seruos autem suos uocabit nomine alio, ut qui sibi benedixerit super terram, benedieat sibi in Deo uero. Et qui iurauerit super terram, iuret per Deum uestrum. Oblivioni enim traditæ sunt priorum angustiæ, & absconditæ ab oculis meis. Quia ecce, Ego creabo cælum nouum & terram nouam, ne priorum sit mentio aut desiderium. Sed gaudebunt in æternum & exultabunt in ijs quæ Ego creo &c.

Altera promissio est. Et benedicentur in Ipso Gentes, quæ gloriabuntur de Ipso. Hic est illius iuramentum, Benedictio Ihesus
ter Gentes. que sanguine doctrinæ Dei fructus, & etiam Gentes benedicent & magnificabunt illum Deum, qui a populo suo ueritate colitur, unde habeant uere bonas conscientias & certi sint de sua salute (id quod per doctrinas humanas et alios cultus fieri non potest) ita ut cupiant conuerteri ad tallem Deum & ad tallem populum, ubi uerbum Dei syncretice tractatur, & Deus ista ueritate & doctrinæ & conuersationis colitur. Contra Ro. ii. ex prophetis dicitur, propter uos blasphemos & scelestos nomen meum blasphemauit inter Gentes &c. Quasi dicat propheta hic habebitis

Aa ij Regnum

CAPVT QVARTVM

Regnum Christi spirituale illud, de quo Abrahæ promisum est, In semine tuo benedicentur cunctæ cognatioues terræ, Sic & Zacharias prædicit, cap. viiiij. Decem uiri ex omnibus linguis Gentium appræhendent uestem unius Viri Iudæi, & dicent, Nos ibimus uobiscum, audimus enim q̄ Dominus uobiscum est, Sic & Paulus de propria, id est, prædicatione nostra dicit, i. Cor. xiiij. Si omnes prophetetis, ingrediatur autem in cætum uestrum incredulus aut indoctus, coarguitur ab omnibus, dijudicatur ab omnibus, & sic occulta cordis eius manifesta fiunt, atq; ita procidens in faciem adorabit Deum, pronuncians q̄ Deus uere in uobis est.

Nos sub papisticis erroribus præfisi hactenus doctrinis humanis, uolebamus conuertere Iudæos & alios incredulos, sed nos ipsi eramus a Deo auersi, et nihil efficiebamus, Nunc autem uenerunt illa tempora Eliæ & Enoch, de quibus fama erat, ut contemnamus & condemnemus errores & doctrinas AntiChristianas, & doceamus uerbum Dei in ueritate, lege damnantes peccata, Evangelio prædicantes iusticiam Dei & remissionem peccatorum per Christum, id quod est, Iurare in ueritate, in iudicio, & in iusticia, Nunc ergo conuertentur Iudæi & increduli, qui conuertendi sunt, sentientes uere bonitatem & misericordiam Dei in Christo Iesu Domino nostro, Amen.

AN IVRARE LICEAT, ET DE alijs que Christus dicit. Matth. v.

Hic queritur an liceat iurare Christianis, postquam Christus dixit, Matth. v, Nolite iurare omnino. Respondeo, licere testantur dicta prophetarum de iurando, quæ audiuiimus ante, quæ prophetant & prædicunt de nouo testamento

IEREMIAE.

LXXIX:

testamento & de Christianis. At Christus prohibet, Prohibet certe, non statuendo nouas leges, quod stulti theologi asseruerunt, ex Matth. v. (saluator uenit Christus, non legislator) sed interpretando ueteres leges decalogi, contra scribarum & pharisaeorum interpretationem & iusticiam, Nisi, inquit, abundauerit iusticia uestra plus quam Scribarum & pharisaeorum, non intrabitis in Regnum cælorum.

Solutebant enim scribæ & Pharisæi minima legis, id est, docebant & sentiebant non esse peccata illa quæ minima iudicabant, id est, contempta & nihil, ut ibidem Christus dicit. Qui soluerit unum de mandatis istis minimis, Cut scribæ & pharisæi faciunt sentiendo & docendo & uiuendo) minimus uocabitur in regno cælorum siue in Ecclesia mea, hoc est, nullus erit, falsus Doctor erit & transgressor legis, Tales doctores mea Ecclesia non sustinebit, Sunt enim falsi legis dei interprætes, facientes sua doctrina ut homines non timeant Deum offendere hisce minimis, id est, quæ reuera minima non sunt, sed ipsi minimis uocant, id est, dicunt talia non esse peccata contra Dei præcepta, ut irasci alijs, dicere Racha, dicere Fatue, dicunt non esse contra mandatum Non occides, Concubiscere mulierem alienam, dicunt & sentiunt non esse contra mandatum. Non mæchaberis quemadmodum Papistæ, quæ Christus Matth. v. ita dicit, dicunt esse consilia non præcepta, Iosephus antiquitatum libro Duodecimo, uere pharisäicam & iudaicam protulit sententiam, dicens, ca. xiiij. Miror Polybium Megalopolitanū, quod vir bonus existens dicit ideo periisse Antiochum, quia uoluit templum dianæ in perside uastare, Nam qui nullatenus egit peccatum, sed tantum cogitauit, nullo reatu tenetur, Vides ex uerbo Iosephi quid tunc senserint & docuerint de lege,

A iiij

Repudiare

CAPVT QVARTVM

Repudiare & abiijcere uxorem non adulteram , non
solum non peccatum esse docent Iudæi, sed etiam iustici
am, quia lex dicit, Da ei libellum repudij. Quasi uero illa
lex, Deut. xxiiij. præcipiat Iudæo uxorem repudiare, (tuc
enim nullus Iudæus retinere posset suam uxorem pro
pter illam legem) & non potius coniçiat culpam repudij
in repudiante maritum , quem illa lex dicit peccare in
uxorem, id est, eam odio habere. Si, inquit, illa mulier non
inuenit gratiam in oculis uiri propter aliquam fœditatem,
id est, propter aliquid quod displicet uiro in fœmina,
Quod exponit Malachias. ca. ij. sic. Si odio habueris eam
&c. Egregie scilicet uir iustus est, immo Impius , infidelis
& maliciosus est, qui castam & pudicam vxorem , antea
dilectam (ut ibidem Malachias dicit) contemnit & odio
habet, quam Deus ordinavit tibi, quæ socia est uitæ tuæ,
cui foedere te alligasti. Ita non fecit ille Vnicus, id est, A
braham &c. hic , ut mulier liberetur a malicioso uiro , &
uir per maliciam suam non faciat deteri⁹ quid in vxorem,
Moses iubet dare libellum repudij, nullo modo iussurus,
si uir impius non odio haberet eam, quam Deus ipsi or
dinauerat , & cui ipse foedere coniugij se alligauerat,
Quia, ut Christus dicit, Quos Deus coniunxit homo nō
separat, ut uides legem, quæ statuit diuortium, damnare
uirum, q̄ durus & maliciosus est, odio habens eam quam
Dominus ipsi dedit uitæ sociam, mulier interim in hac re
potest esse absq; peccato, malicia uiri antea præsa & nunc
domo per repudium electa, Hinc facile uides, illam legem
fuisse permissionem diuortij, ut repudiarent Iudæi suas
uxores contra legem & ordinationem Dei. Erunt duo in
carnem unam uel una caro, Quos Deus coniunxit homo
non separat, Sic Christus dicit Iudæis Matth. xix. Propter
duritiam cordis uestri permisit hoc uobis Moses, id quod
Christus

Christus bene uidit ex uerbis ipsius legis, ut & Malachias propheta, longe melius quam quidam hoc tempore sapientuli, qui uel ex ignorantia uel ex mera malitia contendunt aliud de illa lege. Christus ergo dicit suis discipulis hoc diuortium non fore in regno cælorum, id est, apud uere Christianos & filios Dei, Qui enim nunc odio habent suas iuxores, & maliciosi, iniusti, duro corde, miris modis indigne tractant, non sunt Christiani, nec sunt, nisi resipiscant, pro Christianis habendi, Non ergo iusti sunt per illam legem Iudæi repudiantes uxores suas, sed damnati potius per illam legem, quod odio habent & indigne tractant suas uxores a Deo ad hoc ipsis datas ut summa inter ipsos sit dilectio, secundum illud, Relinquet homo patrem & matrem &c.

Ita etiam scribæ & Pharisei dicunt & sentiunt non *iurare*, esse contra mandatum DEI omnibus uerbis nostris addere iuramentum, & iurare per Deum & per ea quæ Dei sunt, nulla utilitate quando iuramentum nemo exigit a nobis. Sicut nostri Germani & in primis milites & quidam nobiles non iudicant se fortis uideri & nobiles, nisi perpetuo maledicant, blasphemant & iurent, id quod bonis hominibus horrendum etiam est audire, Quam fortunam daret nobis Deus per tales contra Turcam? Atunt enim scribæ & Pharisei, Iurare non est prohibitum, immo laudatur in scripturis & uerbo DEI, Ergo non solum non est peccatum, sed etiam gloria & cultus Dei, quoquo modo iures, modo iures per Deum uerum non per Deos Gentium, & non iures falsum, quia sic dicitur, Leuitici. xix. Non iurabis falsum in nomine meo, nec prophanabis nomen DEI tui, quia Ego sum Dominus. Et Deu. vi. Dominum Deum tuum timebis, et illi soli seruies, et per nomen eius iurabis, non ibis post

Bb Deos

CAPVT QAVRTVM

Deos alienos cunctarum gentium etc. Vides, inquit iunctus, quod non solum licet iurare, sed etiam Deus iubet iurare, Ideo religiosum iudicabant vulgo in ore habere nomen Domini, et omnibus suis uerbis adhibere iuramentum, nihilque dicere sine iuramento, Ita docebant quasi ex uerbo Dei, ita sentiebant, ita loquebantur, Et sicut nostri vulgo habent in ore, sanguinem Dei, passionem Dei, Ita me Deus adiuvet, Scit Deus, Testis est mihi Deus. Per matrem Dei, per animam meam etc, & illas Gentiles maledictiones, plagam sancti Viti, Antonij, Valentini, Confundat te Deus, Manus Dei te tangat, Diaboli ius te hinc auferat, dispeream, hoc mihi accidat, Diabolus ius me auferat etc, ut taceam nos tro porcos, cum quibus ne ipsi quidem porci Epicuræi possent commode uersari, non enim sunt homines, qui nihil habent in ore nisi Diabolum & centum milia Diabolorum. Ita tunc Iudei impii, vulgo habebant in ore sua iuramenta, sine quibus non loquebantur, ut uides Matth. v. & Matth. xxijj. per celum, per terram, per Hierosolyma, per caput meum, per Templum, per aurum templi, per altare, per oblationem altaris, quæ omnia Christus interpretatur esse iuramenta Dei siue per Deum, quia diuina sunt & Dei, & eo nomine iurantur.

Igitur scribæ & Pharisei errant ista legis interpretatione & male intelligunt de iuramento legem, sicut et legem de non occidendo (ad quam etiam pertinent quæ Christus dicit de non vindicando & quod etiam inimicos diligere debemus) & legem de non moechando non satis intelligunt & seducunt suis interpretationibus prauis, homines alios, Vnde fit ut lex non sit ipsis cognitio peccati, sed cum tantum externum opus prohiberi lege putant, inueniant in se, Cut nostri Sophistæ, Scholastici Doctores.

Doctores & Papistæ) adhuc multa bona, liberum arbitrium ad ea quæ sunt salutis æternæ, post lapsum hominis naturalia adhuc esse integra, nos posse nostris viribus implere legem, perfecte diligere Deum ex toto corde & tota anima, ut dicant etiam coram Deo, Non sum sicut cæteri, raptiores, adulteri, iniusti etc.

Non enim Deus mandauerat illam in sermonibus nostris iurationem (ut ipsi falso intelligunt) sed prohibuerat, dicens, Non assumas nomen Domini DEI tui in iurandum, addita comminatione hac, Non erit impunitus qui hoc fecerit, Dixit quidem, Non iurabis falsum in nomine meo, Id est, Cum iurandum est, vide ne falsum iures, & cum timore & reverentia magna nominis mei iures, sed addit, Nec prophanabis nomen Dei tui, id est, Non facies nomen Dei commune, contemptum, pollutum, Quod non solum fit quando falsum iuratur, sed etiam quando vulgo & contemptim, absq; timore & reverentia nominis DEI, vbi nihil est necesse, in omnibus sermonibus nostris iuratur, Tunc enim assumitur nomen Domini iurandum, quo non honoratur Deus (ut scribæ & Pharisæi omniant) sed provocatur ad iram ut puniat nos, Dicit enim, Non erit impunitus qui hoc fecerit.

Perijt Anno M. D. XLI. in Autumno non contemnendus nostrorum exercitus ad Budam, certe non Turcarum viribus, Perijt paulo post & Cæsaris nostri exercitus tempestate in aquis (Bone Deus, Non est alius qui pugnet pro nobis contra sanguinarium Turcam, & contra incendiarios, homicidas & mendaces Papistas nisi tu) Quid enim aliud accideret eis, qui ebriosi perpetuo istis blasphemis laborant nec vlla admonitione uers-

B b ij bi Del

CAPVT QVARTVM
bi Dei prohiberi possunt: Declarat ibi Deus ueritatem
suæ comminationis, Non erit impunitus qui hoc fecerit.

Itaq; dum scribæ & Pharisæi (qui putant se esse legis Doctores) intuentur solum in scripturam de iuramento, quæ est species aut pars tantum secundi præcepti, incurunt & offendunt, in genus aut totum secundum præceptum suis vulgaribus iurationibus, quando non loquuntur aliquid sine iuratione, Assumunt enim nomen Domini in uanum, quod summe honoratum oportebat, quemadmodum nos Christiani in primis oramus, Sanctificetur nomen tuum, Hoc coeci non uident, Sicut ergo legem de non occidendo, & legem de non Mœchanendo non intelligunt, ita etiam legem de iuramento non intelligunt coeci & cœcorum duces, Est enim uelamen Mosis super corda eorum, ij. Corin. ij, ut non intelligent legem nos & omnia nostra damnare, & legem esse paedagogum nostrum ad Christum, Gal. ij, ut fide iustificemur etc.

Vester, Christus igitur quando dicit, Nolite iurare, omnino Vester, in qua tollit istum iurandi abusum, & abusum nominis DEI, ne sermo sit om̄ nos Christiani, filij Dei facti, assumamus nomen Domini in uanum, ac prohibet iurare, ubi in sermone nostro, iuramento. (id quod bene nota) quia exponendo addit, Sit sermo uester Est Est, Non Non, Vester, inquit, sermo sit omnino sine ullo iuramento, Simpliciter uel asserite uel negate quod sentitis ex animo, Nolite iurare omnino in sermone uestro qui uere uester est, ubi aliorum necelitas, commodum, salus non requirit iuramentum, ne assumatis nomen Domini in uanum, contra secundum præceptum, Non enim erit impunitus qui hoc fecerit, qui nomen Domini prophanauerit, uulgatum, commune, contemptum,

IEREMIAE.

LXXXII.

temptum, prava consuetudine, sine mente, sine timore & reuerentia factatum fecerit, Quemadmodum apud nos nemo bonus vir potest manere in conuiuio, ubi isti ebriosi iuratores suis clamoribus omnia complent, Nec nos (nisi stulti) credimus illis qui nihil dicunt sine iuratione & malis imprecationibus, sicut neque credimus mercatoribus iurantibus & se se deuouentibus. Fere enim omnes qui sic uulgo iurant & imprecantur sibi nescio quid, sunt mendaces, Qui enim essent ueraces qui non timent DEVM, nec ullam reuerentiam habent nominis DEI? Tali iuranti dicimus nos Germani, Quid iuras? Non possum te audire, Schvuere das dir die augen aus gehen, id est, Iura, ut amittas oculos.

Prohibet autem Christus iurare Christianis, id est, Longa Di-
ijs, qui sunt in Regno coelorum siue in Christi Ecclesia
pijs & credentibus (ut dixi) non statuendo nouas leges,
quasi ante licuerit iurare, iam autem non liceat, sed inter-
pretando legem Dei per Mosen datam, quemadmodum
stultissime intelligunt CHRIstum tradere nouas leges,
qui etiam apud nos hactenus uoluerunt esse legis & ius-
ticiae legis Doctores, nescientes de quibus aseuerant,
non intelligentes quae loquuntur. i. Timo. i. qui putant
CHRIstum dicere, Dictum est antiquis, Non occides,
Non moechaberis, non periurabis, Ego autem dico uos
bis, id est, Ego statuo alias leges quasdam perfectiores
legibus Mosis, ut de non occidendo & de non moechan-
do, quasdam etiam illis contrarias, ut de non iurando,
quod olim licebat etc, Ita homines qui defecerunt a fide,
faciunt ex Christo legislatorem, non intelligunt esse sal-
uatorem, qui a legis damnatione nos liberet, Neque ui-
dent ipsa uerba Christi qui Matth. v. non loquitur de le-
gibus nouis aut alijs faciendis, sed de lege quam Deus

B b ij per Mosen

gressio ad alia
que Matth. 5.
dicuntur.

CAPVT QVARTVM

per Mosen dederat, quam Scribæ & Pharisei non recte intelligebant.

Sic enim dicit, Nolite putare, quod uenerim ad des-
truendum legem et Prophetas etc. Vnum iota aut apex
non preteribit a lege, donec omnia siant, Scribæ & Pha-
risei soluunt minima mandata, quæ ipsi minima iudi-
cant & contempta, & docent sic homines, Hoc uos mei
discipuli non facietis. Non erit ita in Regno cœlorum,
in Regno meo, in Ecclesia mea, Mei Christiani perfecte
intelligent legem etiam decem Praceptorum, scient
quid Lex requirat aut exigat, & peccatum agnoscentes
trepidabunt ad uerbum legis, Non uiuent secure quasi
iusti, quasi nihil mali sit in ipsis, quemadmodum isti ius-
ticiarij Scribæ & Pharisei, qui audent etiam coram Deo

Christiani dicere, Non sum sicut cæteri, iniusti, raptore, adulteri
sunt sancti, fa- etc, Christiani habebunt conscientiam de peccato com-
cientes legem, misso contra legem & mandata D E I, non solum quan-
& tamen ad- do perpetrant adulterium, homicidium, perjurium, fur-
buc peccato- tum etc, a quibus prauis actionibus ipsi cauebunt, aut de-
res. Non tales eis uere agent poenitentiam, scientes quod Homicidæ,
sunt Pharisei. scortatores, adulteri, immundi, ebriosi, auari, Regnum
Dei non possidebunt, sed etiam quando irascuntur alijs,
loquuntur contra alios, concupiscunt alienam mulie-
rem, inconsulto iurant, in uanum assumunt nomen Do-
mini, & concupiscunt alienam rem, cupiunt vindictam
uel contra iniurios, non diligunt inimicos, non benedis-
cunt maledicentibus, non benefaciunt persecutoribus,
non orant pro eis. Hoc enim aduertentes sciunt esse
peccatum contra legem & mandata D E I, & poenitentia
am perpetuo agentes, rogan remissionem peccatorum.
Remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus de-
bitoribus nostris. Etsentiunt, ut in Epistola Iohannis, Si
dixerimus

dixerimus, peccatum non habemus, nos met ipsos seducimus, & ueritas in nobis non est. Si autem confiteamur peccata nostra, fidelis est Deus, ut remittat nobis peccata nostra, & sanguis Iesu Christi emundat nos ab omni peccato.

Isti sunt pauperes spiritu, lugentes, mites, esurientes & sitientes iusticiam, misericordes, mundo corde, pacifici, propter iusticiam persecutionem patientes, quos illic Christus beatos pronunciat, dum ipsi sibi uidentur peccatores & miseri, quia habent remissionem peccatorum, Deus diligit eos, & placent Deo, Filii DEI per fidem in Christum facti, Isti iam fide per solum Christum iustificati & filii DEI facti, ut bona arbores faciunt fructum bonum, id est, Implet legem & faciunt præcepta Domini perfecte, non ut scribæ & Pharisæi simulant impletionem Legis externo tantum opere & externa specie, qui non sunt mundo corde per suam infidelitatem.

Lex requirit mundum, cor quod non sit affectum ad peccata uel ad ea quæ Deus prohibet, quæ est Originalis iusticia & imago Dei secundum quam conditus est homo. Dicit enim, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & tota anima tua, & proximum tuum sicut te ipsum, Non concupisces, quale cor & iusticiam & sanctitatem ad imaginem Dei habuit homo in Paradiso ante lapsum, Nunc autem perdita per peccatum imagine Dei, concupiscentia contra Deum & proximum plenum est cor nostrum naturæ corrupta, ut nemo diligit Deum ex toto corde etc, qd' est Originale peccatum, et imago Diaboli in coecitate, impietate, infidelitate, iniusticia, impuritate nostra, Ideoq; sumus sub damnatione legis, et nemo, neq; Iudæus, neq; Gentilis facit legem, sed damnatur a lege & sumus sub ira Dei, Per solum autem Iesum

CAPVT QUARTVM

sum Christum filium DEI Dominum nostrum, si credimus in eum, redimus ad imaginem Dei, id est, ad ueram iusticiam & sanctitatem coram DEO, quemadmodum Ephesijs & colloossensibus Christianis dicit Paulus, Res nouamini spiritu mentis uestrae, & induite nouum hominem qui secundum DEVM creatus est in iusticia & sanctitate ueraci, donec haec imago perfectissima fiat in resurrectione nouissima, quando DEVS erit omnia in omnibus.

Fili⁹ itaq⁹ DEI Christiani, faciunt legem DEI siue precepta dei, ali⁹ nihil faciunt legis, ne illi quidem qui in speciem sanctissimi dicunt, Non sum sicut cæteri etc, Et faciunt Christiani, id est, credentes in Christum legem et iusticiam legis siue quæ præcepit Deus, non ut inde iustificantur (quæ est incredulitas & impietas Scribarum & Pharisæorum) quia iam ante per fidem in CHristum iustificati sunt & filij DEI facti, alioqui non facerent illū bonum fructum, sed ad gloriam Euangelij CHRISTI & DEI patris, quemadmodum ibidem Christus ait, luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona & glorificant Patrem uestrum qui in coelis est,, Et faciunt nō simulatione externi operis sed ex corde, quemadmodum in Psalmo CX. dicitur, Fidelia omnia mandata eius (non sunt ut mandata hominum & traditio-nes) consumata in sœculum sœculi, fiunt (in concilio Iu-
storum siue creditum) in ueritate & æquitate, id est, fidelī corde & recto opere.

Faciunt autem mandata & implet legem perfecte (ut dixi) non ipso perfecto opere quidem (quod est impossibile) sed per gratiam, ut Augustinus dicere solet. Incipiunt enim ex corde obedire Deo & facere DEI præcepta, & hanc inchoatam & imperfectam obedientiam im-

tiam imputat Deus suis filiis per gratiā pro perfecta obedientia, Quae faciunt placent deo, quemadmodum opera obedientiae filiorum placent patri utcunq; Imperfecta, & ita placent, ut Deus etiam promittat pro istis obedientiae operibus mercedem, & reddat mercedem non merito operis nostri, sed ueritate suae promissionis, id est, mercedem non meritam a nobis sed a Deo, qui mentiri non potest, promissam, Quae autem adhuc non perfecte faciunt (in hac enim infirmitate atq; adeo Impossibilitate manebunt etiam filii Dei in hac uita) & quae per lapsum contra Dei legem se facere aduertunt, hæc adhuc sunt peccata eorum, quae agnoscentes poenitentiam agunt perpetuo & credunt & rogant a patre per Iesum C HR Istum remissionem peccatorum & accipiunt, Ita per gratiam Dei & fauorem isti filii Dei perfecte implet legem, ut Lex eos in nullo damnare possit, Dum quod faciunt secundum Dei mandata placet Deo, & quod nondum faciunt & perperam faciunt ignoscitur & non imputatur a Patre, propter Christum in quem credunt placent ipsi Deo & sunt filii Dei, & placent Deo opera obedientiae ipsorum, & propter Christum & in Christo habent perpetuo remissionem peccatorum. Ita filii Dei faciunt legem perfecte per gratiam & imputatione Dei, dum interim infideles per totum mundum nihil faciunt legis sed sunt ad omnne opus bonum reprobati, inquinata ipsorum mente & conscientia, quemadmodum Paulus Tit. i. dicit, de hypocritis iusticiariis, Nihil ergo nunc est damnationis ijs qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulant Rom. viij. &c. Ita uult Christus nos perfectissime legem intellegere ut sciamus q; lex requirit in nobis mundum cor, absq; concupiscentia, quod non sentit affectum contra Deum & contra proximum quemadmodum dicit, dili-

CAPVT QVARTVM

ges ex toto corde &c. quale cor post lapsum hominis, nemo habet, & sumus omnes sub lege & ira Dei damnati, alioqui somniabimus nobis sanctitatem & iusticiam ex lege, ut scribæ & pharisæi, nec intelligemus quid sit remissio peccatorum & quid Christus nobis prosit.

Habes lector (si recte consideres) interpretationem fere totius capituli Matth. v. De quo multa disputantur ab illis, qui non melius intelligunt legem præceptorū quam scribæ illi & pharisæi.

Vel in una illa lege, Oculum pro oculo &c. Leuit. xxiiij. quam foede hallucinati sint scribæ & pharisæi, uide re licet. Hæc lex iudicium prescribit magistratui, non permittit cuiuslibet iudicium priuatam, Ipsi autem docebant hinc cere cuiuslibet priuatim vindicare lege talionis, modo seruatur modus, & non amplius damnum inferretur nocenti, quam ipse intulerat, interim uero non uidebant hoc esse contra legem, quæ dicit. Leuit. xix. Non oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publice argue eum, ne habeas super illo peccatum, Non quereras ultiōrem, nec memor eris iniuriae fratrum tuorum, quemadmodum & Salomon Prover. xxiiij. interpretatur legem talionis non pertinere ad priuatos homines, dicens, Ne dicas, quemadmodum fecit mihi sic faciam ei, & reddam unicuique secundum opsum, Dixit quidem hoc Samson, Iudicum, xv, sed ut iudex & magistratus dixit, & miraculo Dei fecit alioqui homini impossibilia.

Breueriter, quando Christus dicit, Ne resistatis malo, sed quisquis impegerit alapam in dexteram tuam maxilam obuertere illi & alteram, & qui te uelit in ius trahere ut tunicam tuam tollat permitte ei & pallium, & qui te adegerit ad unum miliarium uade cum illo duo, non tollit ius magistratus, imo magistratus debet resistere malo, debet vindicare.

uindicare tales iniurias, Rom. xiiij. Non sine causa portat gladium ordinatione DEI, ad defensionem bonorum, uindictam uero malorum. Peccat magistratus si talibus malis nō resistit, sed contra opinionem, seductionem, doctrinam & obseruationem scribarum & phariseorum de lege talionis, Christus interpretatur suis Christianis (ut recte intelligent) secundam legis tabulam, quæ dicit, diliges proximum tuum sicut te ipsum, Hic proximum intelligebant amicum, non quemcunq; hominem (ut uidet in parabola de Samaritano Luc. x.) et argumentabantur, Si proximus, id est, amicus est diligendus, inimicus est odio habendus, Nam quod Christus recitat, Odio habebis inimicum tuum, non ex lege DEI est, sed ex additione & mala interpretatione scribarum & phariseorum, Moses enim sive lex (sicut & Christus qui legem hic interpretatur) etiam inimicum facit proximum, Exo. xxijj. Si occurreris boui inimici tui aut asino erranti, reduc ad eum. Si uideris asinum odientis te iacere sub onere, non pertransibis, sed subleuabis cum eo, lege parabolam de Samaritano, Lucæ. x, ubi legis doctor dicit, Et quis est meus proximus? &c.

Quod dicit Lex, Sicut te ipsum, non intelligebant illam legem nature mandari (ut Christus interpretatur Matth. viij.) Omnia quecunq; vultis ut faciant uobis homines (de hominibus loquitur, non solum de amicis) hec & facite illis, Hoc est, Dilige proximum tuum sicut te ipsum, Hæc enim, ait Christus, est lex & Prophetæ, id est, Hoc Lex præcipit, & Prophetæ & sancti Prædicatores ex lege hoc docuerunt, non intellexerunt legem Pharisæi de exterritorum tantum iusticia, sed detecto uelo uidentes in faciem Mosis, sic intellexerunt et docuerunt legem, Diliges proximum tuum sicut te ipsum, seruans

C c ij dam ex

CAPVT QVARTVM

dam ex corde & toto affectu erga quemcunq; hominem
etiam inimicum, quemadmodum ego interpretor, Non
adfero nouam interpretationem legis, quia Moses &
Prophetæ eadem dixerunt, Non abrogo legem, de non
occidendo, non mœchando etc, (quis enim hoc Christo
imputaret nisi insanus?) Non enim ueni soluere legem
(quemadmodum blasphemus mundus clamat contra E-
uangelium gloriæ Dei, quod prædicat libertatem spiri-
tus sive conscientiarum) sed implere etiam ista minima
legis, quæ Scribæ & Pharisæi minima sentiunt, & docent
contemnenda, sed reuera maxima sunt intelligenti & co-
nanti ipsa implere, inueniuntur enim impossibilia ad im-
plendum, ne unum quidem iota aut apex preteribit a le-
ge donec omnia siant.

Non hic dicimus de eo quod Christus filius DEI fas-
tus homo sanctissimus, conceptus de Spiritu sancto, na-
tus ex Maria uirgine, perfectissime in sua persona imple-
uit legem præceptorum, qui peccatum non fecit neq; ins-
uentus est dolus in ore eius, neq; ullo tangi potuit affe-
ctu peccati contra Deum aut contra proximum, Neq;
dicimus de eo, quod ipse impleuit promissiones D E I,
quæ de ipso erant prædictæ in lege, Prophetis et Psalmis,
Lucæ ultimo, quod ipse satisfecit legi pro nobis, damna-
tionē mortis quæ erat per legem, & peccata nostra in se
transferens, quæ est gratia Dei per Christum. De quib;
bus omnibus liceret intelligere, quod dicit. Non ueni
soluere legem aut Prophetas etc, Sed dicimus hic tantū
de lege mandatorum (quæ sunt decem præcepta) de quib;
bus hic Christus dicit. Non occides, Non mœchaberis,
Diliges proximum etc, quod Doctor bonus in Regno
cœlorum non sentiet neq; docebit homines de lege sicut
sentiunt & docent Scribæ & Pharisæi, quasi lex tantum
requirat

requirat extenorū iusticiam, ut quærant per legem siue opera legis iustificari & fiant Hypocritæ, qui dicant, Non sum sicut cæteri etc, Roman. ix. Israel sectando legem iusticiæ in legem iusticiæ non peruenit, quare, quia non ex fide sed tanquam ex operibus etc. Sed pius Doctor in Regno cœlorum, id est, in Ecclesia Christi, obseruabit etiam illa quæ mīnima & contempta iudicabant Scribæ & Pharisei, et docebit ita homines, ut intelligant totam legem, quæ est, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex omnibus uisribus tuis, et proximum tuum sicut te ipsum, ut homines ex hac lege cognoscentes immundiciā cordis sui & peccata sua, & iram Dei, desperent de impletione mandatorum, id est, de iusticia legis, & confugiant in istis horribus & terroribus ad Christum, iusticiam nostram, Atq[ue] ita intelligent legem non esse iusticiam nostram, sed, ut Paulus ait, Pædagogum, qui agat nos ad CHRISTUM iustificatorem & saluatorem.

Vide autem, Si tunc Scribæ & Pharisei, qui lumen videbantur & Doctores populi, tam fœde errabant & ignorabant in secunda tabula, de qua hic Christus producit exempla, Non occides etc, & quod de iuramento dicit, ad secundam tabulam pertinet, nam loquitur de sermone nostro inter nos ipsos. Sit sermo uester etc, ne in ipso iurantes peccemus contra prīmam tabulam per abusum nominis Dei, Non dubium est quod plane cœci fuerint in prima tabula, Athei & sine Deo, præter uerba legis nihil scientes. Talem inuenit ibi Christus Ecclesiam & Ecclesiæ Doctores. Quemadmodum apud nos Euangelium Christi iam rursum reuelatum inuenit talem Ecclesiam & Papisticos Doctores, qui legibus & traditionibus humanis occupati legem DEI non intelligunt,

Ce iij gunt,

CAPVT QVARTVM.

gunt, ut non dicam de Euangelio, quod etiam oderunt & persequuntur. Aliqui eorum dicunt Christum hic tradere nouas leges quas uocant Euangelicas, nescientes quid dicant, Alij dicunt haec esse consilia non praeparta, non uidentes quod Christus, interpretando legem, comminatur damnationem ihs qui talia non obseruant, Nisi, inquit, abundauerit iusticia uestra plus quam etc.

Quantæ ergo tenebræ tunc fuerunt in illo populo, tantæ hactenus in nostro populo & Doctoribus fuerunt sub Papa. Frustraneus erat omnis cultus Dei, ut Christus dicit Matthæi, xv. ex Esaia, frustra colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum, Doctores erant cœci & cœcorum duces, Vbi oculus, id est, Doctor non uidet, nullum membrum in corpore est in luce, Matthæi, vi. Lucerna corporis est oculus etc, Si lumen quod in te est tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ erunt.

Igitur Scribæ & Pharisei, quia legerant, Oculum pro oculo, Dentem pro dente etc, iudicabant & docebant non esse peccatum sed iusticiam, si quis odio haberet suum inimicum, uindictam quereret & exerceret, nocenti noceret, maledicenti remalediceret, calumnijs ageret, iniuria laboraret, malum pro malo redderet, Iudicabant pertinere ad quoscunq; quod dictum est Magistratui, & ita impegerunt in totam secundam tablam legis, quæ dicit, Diliges proximum tuum sicut teipsum.

Priuatim ulcisci & uindicta ardere non est diligere proximum, Quodenim tibi non uis fieri alteri ne feceris. Sic debes ex animo diligere proximum tuum sicut teipsum, ut non cesses a diligendo, non irascaris ei, non uindice aut queras uindictam, etiam si sit tibi inimicus, etiam

IEREMIAE.

LXXXVII.

etiam si impegerit alapam in maxillam tuam, & uim tibi
intulerit manifesta iniuria, etiam si specie iuris coram iu-
dicio cauillis et mendacijs auferre uoluerit tibi tunicam,
etiam si coegerit te ut eas cum ipso unum miliare, tan-
tum absit ut desinas a diligendo utq[ue] irascaris proximo
licet uim & iniuriam inferenti, & ut quereras uindictam,
malumue pro malo reddas, ut etiam paratus esse debes
as ad alteram iniuriam tolerandam potius quam ut defi-
cias a dilectione proximi, Alioqui non seruabis præce-
ptum. Diliges proximum tuum sicut te ipsum, Diliges,
inquit, Audis quod cor tuum requirit, quod bene affec-
tum sit secundum Deum erga proximum, quemadmo-
dum addit, Sicut te ipsum. Licet enim tu iniurius sis pro-
ximo, tamen non uis tibi malum reddi, Quod ergo tibi
non uis fieri, alteri ne feceris, & omnia quæ uultis ut fa-
ciant uobis homines, hæc & facite illis. Hæc est Lex &
Prophetæ, et qui diligit proximum, legem impleuit, Ro-
man. xij.

Ais. Si ita res habet, quemadmodum uerba Legis
sonant, Ex toto corde, ex omnibus uiribus tuis, diliges
Dominum Deum tuum, & proximum tuum sicut te-
ipsum, quo sine dubio requiritur cor perfectum quod
sit sine concupiscentia & affectu peccati, & iusticia &
sanctitas illa quam dedit Deus Adæ & Euæ quando
creauit eos, & per legem requirit Deus a nobis ratio-
nem accepti doni, quis seruabit & integre nunc præsta-
bit Legem? Respondeo. Nullus per naturam, quæ nūc
corrupta est, Ita ut etiam sancti & filij DEI in hoc mun-
do, qui legem seruant obedientes DEO (ut ante dixi-
mus) deplorent sui cordis immundiciem, adhuc sentien-
tes concupiscentiam contra DEVIM & contra proxí-
mum, ut Paulus plenus Spiritu sancto tantus Aposto-

Cc iiii lus, Rom,

CAPVT QVARTVM

Ius, Roman. vij. Scimus quod Lex est spiritualis. At ego carnalis sum, uenditus sub peccatum. Noui enim quod non habitet in me, hoc est, in carne mea bonum. Nam uelle adest mihi, sed ut faciam bonum non reperio etc.

Quando ergo erimus iusti ut placeamus Deo, qui sumus peccatores & damnati? Respondeo. Nunquam per legem, id quod tamen Hypocritæ somniabant, Lucæ xvij. qui confidebant in semetipsis tanquam iusti etc.

Quis ergo poterit saluus fieri? Respondeo. Nemo per legem. Per legem enim est cognitio peccati & concupiscentiæ siue immundicæ cordis nostri, & manemus in conscientiarum nostrarum paucoribus sub ira DEI. Et ut facias omnia quæ potes sine spiritu, tamen non ueritas, non sanctitas, non iusticia erit nisi externa tantum, sed Hypocrisis. Nam intus cor immundum manet, & Lex ipsa (si eam non intelligas pharisæice) non sinit te esse mundum & iustum, quia perpetuo plus exigit quam tu præstare possis, & facit tibi perpetuo malam conscientiam quod legem non præstas, quod es sub ira DEI transgressor legis. Ideo Esaias cap. ix. uocat legem Exactorem, cum dicit, Baculum exactoris eorum confregisti, sicut in die Midian etc. Et in Hebreo Psalm. liij. Exactores uocantur, qui per legem & traditiones humanas cogunt homines, quasi ad iusticiam & salutem. Sic enim ibi dicitur, Deus dispergit ossa Exactorum. Tu confundis eos, Deus enim eos contemnit. Etiam si sis externo opere (ut ille Pharisæus) non iniurius, non raptor, non adulter, Des quæ debes, reliquaq; facias quæ debes, id est, quæ Deus præcepit (nam quæ præcipiunt homines & traditiones humanas, non vult a nobis præstari Deus ut cultum DEI, Matthæi. xv. Frustra colunt me etc, ut est illud, Ieiuno bis in Sabbato) tamen non satias fas

tis facis legi, non es iustus per legem, Cor enim manet in mundum & perpetuo dubitas num placeas Deo, donec credas in Christum, quemadmodum Petrus Acto. xv. dicit, Deus purificauit corda gentilium fide, Iugum legis neq; patres nostri neq; nos portare potuimus, Et Paulus Ro. viij. Quod lex praestare non potuit, quia inefficax erat per carnem, hoc Deus, proprio filio misso, sub specie carnis peccati praestitit, ac de peccato condemnauit peccatum per carnem, ut iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus sed secundum spiritum. &c.

Ex hisce uerbis Christi, Ne resistatis malo &c. & ex superioribus, Habeo benevolentiam cum aduersario tuo cito &c. olim & nostro saeculo quidam superstitionis spiritus, & quidam etiam seditiosi, non intelligentes hec Christi uerba esse interpretationem praecepti, Dillges proximum tuum sicut teipsum, quod etiam Paulus Roma. xij. clarissimis uerbis interpretatur, dicens, Dico enim per gratiam quae data est mihi &c. usq; ad finem capitis, senserunt & docuerunt, Christianum hominem non posse gerere magistratum aut esse Dominum aliorum, & Christianos non debere habere uel agnoscere magistratum, Hinc dixerunt Christianis omnia externa debere esse communia, quemadmodum nostri Anabaptistæ docuerunt, sed contra suam doctrinam facti sunt Monasterij statim homicidæ, raptores, seditiosi, facientes sibi coronatum Regem &c. Haec non habuerunt ex uerbis Christi, ut somniabant, sed ex mendacijs Satanae qui fuit homicida & seditiosus ab initio, Iohannis octauo, Nam Christus dicit hic, Non ueni soluere legem &c. Si Christus prohibueret magistratum gerere, magistratu pro defensione utili est ordinatio Dei Ro. xiiij.) magistratui obedire, ciuis

Contra seditionis
tiosam doctrinam.

CAPVT QVARTVM

Iibus ordinationibus parcere, (quis feret has blasphemias in Christum?) ipse certe soluisset legem, Nam præter decem mandata etiam singulares leges statuerat Deus pro magistratu atq; maioribus & obedientia subditorum, Instituit enim principes, Iudices, doctores, commendauit nobis Dominos nostros & parentes, mandauit obedientiam subditis, discipulis, seruis, ancillis, filiis, Quæ in novo testamento non abolentur, quis enim hoc diceret nisi insanus? sed confirmantur ut legis Ro. xiiij. Omnis anima potestatis sublimioribus subdita sit. Non enim est potestas nisi a Deo &c. Ephe. v. Viri diligite uxores uestras, uxor reuereatur uirum, Et vi. Filii obedite parentibus uestris in Domino, Patres ne prouocetis filios uestros ad iram sed educetis eos per disciplinam & correptionem Domini. Serui obedite Dominus uestris, tanquam Christo, non ad oculum seruientes &c. Et uos Domini eadem facite erga illos, remittentes minas &c. Heb. xiiij. parete ijs qui præsunt uobis & concedite, siquidem illi uigilant pro animabus uestris, tanquam rationem reddituri, ut cum gaudio hec faciant & non gementes, nam id est inutile uobis. Audis non prohibuisse Christum, ut non obedientiam erga maiores, ita neq; ut ita dicam, maioritatem sed ipsum plane diabolum in quibusdam uel superstitionis uel seditionis, ex Christi uerbis hoc finxisse contra Christum, qui confirmat magistratum dicens, date Cæsari que sunt Cæsaris &c. & Qui acceperit gladium gladio peribit,

Ridiculi.

Quidam hoc, Non resistite malo, intellexerūt etiam non resistendum pediculis mordentib⁹, non resistendum morbis per medicinam &c. Ego scilicet non resistam per aquam igni qui corripiuit uicini mei ædes, Egregia scilicet charitate donec tota ciuitas pereat, cum Christus tantum loquatus

IEREMIAE: LXXXIX.

Iovatur de proximo diligendo, interpretatus præceptum
 Diliges proximum tuum sicut teipsum, non de diligendis pediculis & periculis & damnis. Tales spiritus non debent etiam resistere fami per cibum, quo fieret ut non diu talia commenta nobis prædicaret. Quid dicas? Maximum malum est nobis seductor & homicida diabolus cum suis sectis, qui docent doctrinas dæmoniorum. Ei scilicet non est resistendum, quia Christus dicit. Non resistite malo? Cur ergo Petrus mandat, diabolo fortissime resistendum, sicut & tota scriptura, dicens Cui resistite fortis in fide?

At dicas, Quid opus est magistratu si eo non licet *magistratus*.
 uti? Christus dicit, Si quis uoluerit contendere tecum in iudicio, &c. Habeto benevolentiam cum aduersario tuo &c. Lucae vi. Ab illo qui aufert tua ne reposcas. Respondeo, hoc rursum affingitur Christo, q̄ non licet uti magistratu. Magistratus est Dei ordinatio (Ro. xiiij.) Dei minister, tibi in bonum, non frustra portat gladium, ultior ad iram operanti malum, cui oportet subditos esse, non solum propter iram sed etiam propter conscientiam.

Christus exponens legem, docet q̄ debemus sustinere iniurias, damna, probra, & non irasci, maledicere, uincere aduersus inimicum, non reddere malum pro malo, non reponere res nostras per iram, maledicta, uindictam, uiolentiam, ne peccem⁹ contra legem. Diliges proximum tuum (etiam inimicus tuus est tuus proximus) sicut te ipsum. Omnia quæ uultis ut faciant uobis homines, hæc & facite illis. Et promittit nobis Christus, q̄ Deus reddet nobis centuplum bonum etiam in hac uita, & in futuro uitam æternam. Marci, x. Vbi hæc iniuriae accidunt nobis propter Christum & Euangelium, quemadmodum illuc

D d ij in Mar

CAPVT QVARTVM

in Marco Christus manifeste dicit. Quid facies apud magistratum tu Christiane, qui tibi iniquus est? quid facies ibi in primis tu Euangelij & ueritatis prædicator? Inquit enim Iudices sinent te obrui calumnijs & mendacijs, ut etiam iustissimam habeas causam, tamen condemnneris, quemadmodum hic Christus dicit, Ne Iudex tradat te tortori, donec reddas quod ne debes quidem, Sic fecerunt prophetis, Sic apostolis, Sic Christo filio Dei, Quis fecit? Magistratus, Reges, Principes, Iudices, pontifices, pseudoprophetæ sive falsi prædicatores et seductum mendacijs uulgus. Si autem pium habes magistratum non iniurium tibi, non uetat Christus sua legis interpretatione uti magistratu, Defordinatione, (Si uolueris) pro defensione tui, uxor, filiorum, familiae, rerum tuarum, tuorum amicorum, uicinorum &c. Sic enim dicit Paulus Ro. xij. Dei minister est, tibi in bonum, Cui dicit Paulus Tibi, nisi Tibi Christiano? Si autem non licet Christiano uti magistratu, non est Christiano magistratus in bonum.

Patere ergo iniurias & damna propter Christum & Euangeliū, quæ impius magistratus in primis solet inferre Christianis, Si autem potes defendi per magistratum, licebit tibi magistratu uti, ut ordinatione Dei, pro defensione, Est enim minister, tibi in bonum. Quemadmodum i. Cor. vij. dicit Paulus, Si seruus es, non sit tibi curæ, si autem potes liber fieri & manu mitti magis utere, Sed ita licebit tibi petere defensionem, ut non pecces in legem, diliges proximum tuum (qui etiam est aduersarius tuus) sicut te ipsum, ut remittas ex corde aduersario iniurias tibi illatas, alioqui pater caelestis non remitteret tibi peccata tua Matth. xvij. ut agas apud magistratum absq; cupiditate uindictæ, absq; odio, atq; adeo absq; ira priuata, absq;

IEREMIAE.

XC.

absq; calumnijs & mendacijs & contumelijs, Hæc enim sunt peccata contra legem, diliges &c. a quibus longe debemus abesse, quibus Christus dicit, Nisi abundauerit iusticia uesta plus &c. Priuatim appetere vindictam, regerere maledictum, reddere malum pro malo lex tibi non permittit sed prohibet, ut ante diximus, id quod cæci scribae & pharisei non uident.

Vide q; haec clarissime Paulus dicit, i. Cor. vi. Non prohibet iudicia Christianis, sed arguit primum Corinthios, q; suas causas gentiliter cum mutua offensione & iniuria agunt coram gentilibus & impijs iudicibus, coram quibus mutuo sese accusabant de iniurijs, & acerbe alter in alterum, ut fit in lite, inuehebat, Id quod iudices & alij assistentes, qui odio habebant Euangelium Christi, libenter audiebant, & ridebant nomen Christi, dicentes inter se. Ecce tales sunt Christiani, quales auditis ex propria ipsorum confessione, quis uellet fieri Christianus? Christiani pre ceteris de iusticia multa dicunt, sed quales sint uidetis &c. Atq; ita Corinthij his litibus & contentionibus erant scandalo maximo Euangeliu Christi & Ecclesiæ DEI, Cum hoc scandalo Euangelij nostri non queram iudicium apud Iudices qui me propter Euangeliū oderunt, non queram, inquam, in æternum, ne blasphemetur bonum nostrum Roma, xiiij. quemadmodum Paulus i. Cor. viij. de alia libertate dixit, Ne fratrem meum scandalizem, non manducabo carnes in æternum. Deinde arguit eos ut transgresores legis charitatis, quemadmodum hic Christus scribas & phariseos, & dicit sic, frater cum fratre litigat, idq; sub infidelibus, iam quidē omnino peccatum in uobis est, q; lites habetis inter uos in uicem, Cur non potius, ut Christiani, iniuriam patimini? Cur non potius damnum accipitis? imo uos iniuriam fa-

D d ij citis,

CAPUT QVARTVM

citis, non Christiane, & dñno afficitis idq; fratres, quod
ne inimicis quidem uestris face re deberetis, secundum il-
lud. Diliges proximum tuum sicut te ipsum, An nescitis
q; iniurijs regni Dei hæreditatem non consequentur? Ne
erretis &c. Interim uero Paulus illuc iubet constitui inter
Christianos Iudices arbitros, coram quibus agant causam
qui iniuriam & damna sustinere non uolunt, & sinant se
reconciliari & pacificari non aduersario. Non peccant ta-
les arbitri q; sunt Iudices, sicut insani dicunt, Christiano
non licere gerere magistratum, sed beatos eos Christus
pronunciat, Beati, inquit, pacifici, quoniam filij Dei uoca-
buntur, Nec peccant qui ab eis petunt iudicium, modo in-
terim diligent aduersariorum quem accusant, ne querendo
uindictam, peccant, contra præceptum, Diliges proximū
tuum sicut te ipsum, Quid si tales arbitros ab Ecclesia con-
stitutos qui iniuriam fecit audire noluerit? quid si ille qui
iniuriam accepit iam coram iudicio reconciliari petenti
aduersario noluerit, & per odium et maledicta iam incoe-
perit iniurius fieri aduersario? Respondet Paulus, tales
non sunt postea habendi pro Christianis, quia iniurijs (ut
ait) Regnum Dei non possidebunt,

Quid somniant inepti homines ex uerbis Christi
iudicia prohibita & increpationes, Audiam⁹ ipsum Chris-
tum eadem dicentem quæ ex Paulo audiuiimus, & ex
præssius, Matth. xviiij. Si, inquit, peccauerit in te frater tu⁹
(In te, dicit de tua persona) uade & argue eum inter te
& ipsum solum. Si te audierit, lucratus es fratrem tuum.
Si uero te non audierit, adhibe tecum adhuc unum aut
duos, ut in ore duorum aut trium testium stet omne uer-
bum, Quod si non audierit eos, dic Ecclesiæ, Si ecclesiam
non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Amen
dico

dico uobis quæcunq; alligaueritis &c. Audis nō resistere malo, non esse non contradicere, non accusare, non quære iudicium ut defendaris, sed potius ut dictum est, non vindicare, non remaledicere, non repercutere, non reddere malum pro malo, non odisse aduersarium. Quia Christus ipse non solum permittit, sed etiam mandat fratrem correctionem & contradictionem, absq; odio & cupiditate vindictæ, ex dilectione, ut frater emendetur. Iusbet adhiberi testes, accusari coram publico iudicio Ecclesiae illius in qua est qui peccauit in te. Dic pastori uel consistorio ab Ecclesia constituto, dic patrifamilias sub quo ille seruum agit, dic paedagogo & Magistro a quo ille docetur, dic patri & matri illius qui peccauit. Et ne contemnatur iudicium Ecclesiae addit Christus promissionem de clauibus Regni cælorum. Quodcunq; ligaueritis super terram &c. Si ergo nos Christiani ista maxima mundum & angelos iudicabimus (ait Paulus) indigni scilicet sumus qui ista minima quæ ad uitum & ad usum praesentis uitæ attinent iudicemus, maxime inter fratrem & fratrem, id est, eos qui uolunt esse Christiani, Habes uerba Christi, Matthæi xvij, ne male intelligas uerba Christi Matth.v.

Vide iam & factum eius, qui nihil peccauit in legem: Diligis proximum tuum sicut teipsum, Non enim peccatum fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, Esa. liij. Non restitut malo, i. Petri ij. Cum maledictis incesseretur non regessit maledicta, cum malis afficeretur non minabatur, sed tradidit vindictam ei qui iudicat iuste, Hic percussus a seruo pontificis in maxillam, quamuis non solum alteram maxillam paratus erat expendere, sed etiam totum corpus & uitam, ne stulte disputes q; non præbuerit alteram maxillam, &c. tamen corripuit & condemnauit fa-

D d iiiij ctum

CAPVT QVARTVM

Etum serui, ne sibi uideretur recte fecisse, & dixit Si male locutus sum testificare de malo, si bene, cur me cædis? Sic saepè legis in Euangelistis, quod Christ⁹ phariseos & scribas ipsum blasphemantes & irridentes arguit & uocat eos hypocritas, Sic & Paulus, Acto. xxij, percussum dixit ad pontificem, Deus percutiet te paries dealbate, Et tu sedes iudicans me secundum legem, & contra legem iubes me percuti. Item Paulus utebatur magistratu cum appellauit ad Cæsarem contra suos aduersarios, nec per hoc fecit contra præceptum, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Dilexit enim suos Iudeos atrocissimos aduersarios, quemadmodum dicit Roma. ix, dolor est mihi magnus & alsiduus cruciatus cordi meo, pro meis Iudeis &c. Stephanus, Acto. vij, durissime loquitur contra suos aduersarios & condemnat eos dicens, Dura ceruice & incircumcis corde & auribus, uos semper spiritui sancto resistitis, sicut patres uestrī ita & uos, &c. etiamen interim diligit inimicos suos, pro quibus orat cum lapidatur, Domine, ne statuas illis peccatum hoc. Si igitur sic potes uti magistratu, ut nihil agas contra præceptum, Diliges proximum tuum sicut teipsum, non est tibi prohibitum magistratu uti, qui est ordinatio & minister D E I, tibi in bonum.

At qui sic esse uolunt Christiani, ut nullas iniurias ne uerborum quidem, nullaue damna rerum patientur, nihil ignoscant peccantibus, nihil remittant, sed omnia trahant in ius ad lites & contentiones, laborantes cupiditate uindictæ, odio, maledictis, cauillis, ut uictores euadant & glorientur contra aduersarium, Illis accidit, præter hoc quod non sunt Christiani & non possunt orare & inuocare Deum, quod primum non habent quæcumque in animo suo per omnem uitam suam, quæ est miserrima

IEREMIAE.

XCII.

ferrima uita super terram, Deinde, ut maxime uincant, pluris constat eis uictoria quam damnum illud fuit, Preterea saepe fit ut iudicio condemnentur, postquam sibi iustissimam suam causam somniarunt, ut ille seruus nequam, Matthæi. xvij, Contra quod admonet Christus ne nimium confidas tuæ iusticiæ, sed habeas beneuolentiam cum aduersario tuo in uia antequam uenias ad Iudicem etc.

Quidam iniusti, cum a principio sese paruo redime re possunt, arrogantia & stultitia potius uolunt iudicium experiri, confidentes in suis mendacijs, negationibus & cauillationibus, uel etiam sperantes se corrumpere posse iudicem, donec amittant omnia. Vidi ego, qui iniuriam & damna maxima passi, cum a principio potuerissent quedam recipere, amica transactio[n]e, suadentibus etiam amicis, ut a suo iure cederent, attento quod aduersarij essent potentes, diuites, pro quibus Oratores et Iudices impij essent dicturi, implicuerunt sese litibus & contentionibus coram iudicijs, dicentes, aut totum cum expensis & cum meo interesse recipiam, aut totidem quantum perdidì impendam in lites, ut mihi satis fiat, do nec per sententias Iudicum, licet iniustas, amitterent totum, & condemnarentur in expensis, fierent non solum miseri & pauperes, sed etiam exules, Ita pessime sibi uxoribus & liberis consulebant, Salomon prouerbiorum. xvij. dicit, Qui litem inchoat, perinde est, ut qui aggerem aperit aquis, Desine a lite antequam ei impliceris, Et xx, Gloria est uiro abstinere a lite, qui autem student litigare omnes sunt stulti, Iactatur prouerbium ex experientia natum, Lis litem serit, Et prudentes uiri dixerunt, Patere & abstine, Et Christus, Beati mites, qui sustinent, nec reddunt malum pro malo, quoniam ipsi possunt.

Ecce sidebunt

CAPVT QVARTVM

siderunt terram. Qui nihil amittere uolunt, turbidi & turbati amittent pacem & bona sua, Mundus ridet hanc doctrinam, sed ueram esse suo damno experietur.

Homo coram DEO. Ut uero haec omnia intelligas quae Christus inter-
pretando legem, Matthæi. v. & Luce. vi. dicit, diserte di-
stingue & separa hominem ab officio, Cuicq; homini das
Officium erga ta est Lex decem præceptorum, & homo peccat contra
legem non solum externo opere & iniuria, sed etiam af-
fectu & concupiscentia mala aduersus Deum & homi-
nes, ut Christus interpretatur, Ideo per legem omnes su-
mus immundis cordibus, sub ira DEI dammati, ut con-
fugiamus ad Christum. Sed præterea sunt aliæ Leges
uerbo Dei traditæ officijs a Deo institutis, ut quisq; siue
Princeps, siue Iudex, siue Prædicator, siue Doctor, siue
parentes, siue filij, siue domini, siue serui faciant suum
officium.

Homini præcipitur, Noli irasci, noli dicere quæ alii
non libenter audit, Noli iudicare, noli alios condem-
nare, ne facias contra legem, Non occides, Diliges pro-
ximum tuum sicut teipsum, Quæ uobis non vultis fieri,
non facite alijs, Iudicii & potestati dicitur, Irascere malis,
& uindicato, Roma. xiij. Potestas est minister DEI uin-
dex in iram, Patrifamilias dicitur, Virga percutere filium
peccantem, Argue seruum inobedientem, Seruo dicitur
accusa coram Domino tuo quos uides domino tuo esse
infideles aut officium suum non præstantes, ut tu sis fi-
delis, quemadmodum Matthæi. xvij. serui accusant con-
seruum peccantem, quem Dominus tradit tortoribus
etc, Prædicatori dicitur, Obscurra, argue, increpa, con-
demna fidei nō obedientes, scortatores, iniustos etc, Fi-
lijs dicitur, Obedite parentibus, Subditis præcipitur, Os-
bedite

bedite maioribus, Sed quando Maiores præcipiunt contra Deum, contra Legem & uerbum Dei, est aliud mandatum, Non obedite maioribus contra Deum, debetis quidem dare Cæsari quæ sunt Cæsaris, sed ita ut simul detis Deo quæ sunt DEI, Et Christus ipse irascitur, Marii, iiiij. qui tamen per hoc nihil peccat contra legem, Non occides, Nam ex officio irascitur, & tamen interim eos diligit dolens quod nolint saluari. Nam utrumq[ue] illic ita scribitur, Circumspiciens eos in iracundia, condolebat super cœcitate cordis eorum. Homini dicitur, Noli iudicare, Iudici autem, Tu debes iudicare iustum iudicium, Homini dicitur, Non cōcupisce mulierem. Sponsus autem & marito, Dilige sponsam tuam & uxorem tuam, Homini dicitur, Non occide, Dilige etiam inimicum, Iudici dicitur, Occide homicidam, seditionem etc, Homini præcipitur, Non furare, Iudæis exeuntibus ex Aegypto dicitur, Vnusquisq[ue] secum auferat uasa aurea & argentea & uestes ab Aegyptijs mutuo acceptas, In bello iusto non mirum si licet rapere ubi etiam licet occidere, Accelerat, inquit Esa, viij, spolia detrahe, festina predari, Condemnantur impij Iudæi, quod immolauerunt filios suos, Abraham autem præcipitur, Immola mihi filium tuum etc, Sic & de iuramento paulopost dicam.

Igitur ne stultis quæstionibus torquearis ex Matthæi capite quinto, & phanaticis ac seditionis doctrinis seducaris, sub nomine Christi, quasi Christus talia docuerit aut statuerit, qui non uenit nobis legislator sed salvator, sicut habeto. Sicut in decem præceptis nihil statuitur contra Magistratum, maioritatem & obedientiam, neq[ue] quisquam vñquam ita insanus fuit, ut diceret decem præcepta prohibere Magistratum, maioritatem in hoc mundo & obedientiam, aut prohibere quæ quisq[ue] pro

Ee ñ suo sū

CAPVT QVARTVM

suo singulari officio & conditione ex diuino mandato
præstare debet, quæ potius per decem mandata mandan-
tur præstari & confirmantur. Nam quisq; per suum of-
ficium & demandatam uel institutam a D E O functio-
nem debet fideliter & ex animo seruire alijs, & Reipub-
licæ. Sic enim ipse sibi uult seruiri ab alijs conditionibus
a Deo ordinatis, id quod fit, secundum illud præceptum,
Diliges proximum tuum sicut te ipsum. An non hæc
sunt perspicua de quibus nemo bonus aut prudens du-
bitat? Ita etiam in uerbis Christi Matthæi. v. & Luc. vi.
nihil statuitur aut præcipitur contra magistratum, maios-
ritatem (ut ita dicam) & obedientiam, quia illic uerba
Christi, ab eo loco, Ne existimetis quod uenisoluere le-
gem etc, nihil aliud sunt quam præcepta Decalogi & in-
terpretatio eorum, contra sententiam & doctrinam scri-
barum & Pharisæorum, ut ante satis dixi. Quid potuit
clarius dici? Sed hoc etiam nostri Scribæ & Pharisæi
non intellexerunt, ergo mira somniarunt sibi ex Mat-
thæi. v.

Quisq; homo debet ita seruare præcepta DEI ut sit
mundo corde quod sit absq; omni affectu peccati, & non
concupiscat aduersus Deum & proximum, quale cor ha-
buit Adam ante lapsum creatus ad imaginem Dei in ius-
ticia & sanctitate uera, Diliges inquit Dominum De-
um tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex omni-
bus uiribus tuis, & proximum tuum sicut te ipsum, id
quod supra diximus, Quis hoc præstabit nunc? Hec dis-
cit Christus Matthæi. v. Per hæc uero nihil detrahit po-
liticis & ciuilibus ordinationibus & conditionibus a
Deo ordinatis, quia per has seruimus alijs, facientes quæ
nobis a DEO & legibus siue iure mandata sunt, seruire
autem alijs est diligere alios secundum præceptum, Di-
liges proximum tuum,

Quod

IEREMIAE.

XCIII.

Quod interim conqueruntur contra nos malefactores, quos pro officio nostro & iure castigamus, hoc nihil est. Non enim nos hoc facimus ut homines, sed ius quod nobis mandatum est, Ius autem & iudicium DEI est, quemadmodum Iosaphat Rex Iuda. ij. Paral. xix. dixit ad suos iudices, Videte quid faciatis. Non enim hominis exerceatis iudicium sed Domini, & quodcumque iudicaueritis, in uos redundabit. Sit timor Domini uobiscum, & cum diligentia cuncta facite etc. Nihil per haec peccamus contra præcepta uel contra expositionem Legis, Matthæi. v. imo peccaremus si non haec præstaremus, quia Deus mandauit nobis haec officia, & decem præcepta Dei requirunt ut Deo obediamus, sicut obediuit Abraham huic præcepto, Immola mihi filium etc, Quid si etiam Diabolus conqueratur contra nos Christianos? Præceptum habemus, Non habeto deos alienos, Resistite Diabolo & fugiet a uobis, secundum illud Euangeliū. Semen mulieris conteret caput Serpentis, Ne huc trahas illud. Non resistite malo, Quid si etiam pediculi contra nos querantur & Lupinocentes? Quid si etiam innoxia animantia, oues et pisces & uolucres, quæ et occidimus & edimus? Præceptum habemus, Subiicit uobis terram, Domini sumus omnium.

Ego de iudicijs etiam dixi & scripsi in priorem Epistolam ad Corinthios, cap. vi. Praeclare uero de omnibus quæ hic dixi, Lutherus in quintum caput Matthæi, Hic ego institueram tantum dicere de iuramento, & interim repeti fere omnia quæ Christus de Lege dicit, Matthæi. v. quod haec noui grata fore Lectori qui illis phanaticis disputationibus ex Matth. v. uexatur, & quod haec omnia magis perspicuum & clariorem faciunt sententiam de iuramento, Nunc ergo reuertamur ad iurationem.

Ecce in Augustinus,

CAPVT QVARTVM

Post digredi- bro. iii. distinct. xxxix. putat a Christo prohibitum nobis onem, Iura- ne iuremus omnino, ne assiduitate iurandi labamur in mentum rur- periurium & tamen iurare licere docet. Sic enim scribit sas.

Augustinus, ut uides in Magistro sententiarum, li- ne iuremus omnino, ne assiduitate iurandi labamur in periurium & tamen iurare licere docet. Sic enim scribit Hilario in Epistola contra Pelagianos & Manichæos, quæ est Epist. lxxxix. Iurationem caue quantum potes, Melius quippe nec uerum iuratur, quoniam iurandi cō- suetudine & in periurium saepe caditur & semper per- iurio propinquatur. Paulus iurauit etc, Sed non ideo quia in suis literis iurauit Apostolus uir infirmitate fir- missimus, ludus nobis debet esse iuratio, Multo enim tutius, ut dixi, quantum ad nos attinet, nunquam iura- mus, ut sit in ore nostro Est Est, Non Non, sicut Dominus monet, Non quia peccatum est uerum iurare, sed quia grauiissimum peccatum est falsum iurare, quo citius cadit qui consuevit iurare. Hactenus Augustinus. Hæc ratio Augustini, ne cadamus in periurium, non est satis, & qui post Augustinum non aliud uiderunt, non potu- erunt certo docere quod liceat iurare, postquam Chris- tus dixit, Ego autem dico uobis, ne omnino iureris etc, Et quod dicit Augustinus, Non esse peccatum uerum iurare, est contra uerbum Christi, unde nos dicimus, Es- tiam uerum iurare in sermone nostro absq; ulla necessi- tate proximi esse peccatum, quia assumitur nomen Do- mini DEI in vanum, quod qui fecerit non erit impuni- tus, ut in secundo præcepto dicit Deus.

Tu autem sic intellige uerba CHRISTI ut sonant,
In uestro ser- quemadmodum ante dictum est. Non iurate omnino,
mone ne iure- nullo modo uos Christiani iurate in sermone uestro quo
-uis omnino. tidiano, cum loquimini cum alijs, quemadmodum multi
nihil loquuntur sine iuramento, praua assuetudine, cum
contemptu & irreuerentia subinde iactantes nomen
Domini,

Domini, Quia sic iurare absq; necessitate, est assumere nomen Domini in uanum, quod est graue peccatum cōtra secundum præceptum, de quo Deus ipse comminatur, Non erit impunitus qui hoc fecerit, Et Christus interpretans seipsum addit, Sit sermo uester, Est Est, Non Non, id est, absq; iuramento, Quod autem amplius est, id est, si ultra simplicem assertionem uel negationem ad dederitis etiam iuramentum, haec est a malo, id est, a Diabolo peccatum, contra secundum præceptum, Non as sumes nomen Domini DE I tui in uanum, Sic simpliciter intelligo, A malo est, id est peccatum est contra Legem, Christus enim interpretatur legem, & dicit non licere iurare in sermone nostro, qui debet esse, Est est, Nō non, absq; iuramento, ubi nulla est iurandi necessitas, Et in sermone nostro iurare, esset uanitas, ne faciamus grande malum & peccemus grauiter contra secundum præceptum.

Per hoc non tollit Christus iuramentum sive ius iurandum, quasi Christiano non liceat iurare cum hoc postulat aliorum necessitas, ubi certe nō assumitur nomen Domini in uanum, sed summe honoratur uero iuramento, sicut summe blasphematur & polluitur falso iuramento. Hoc probo & demonstro primo sic, Iuramentum pertinet ad secundum præceptum. Secundum præceptum non est sublatum uel prohibitum a Christo Christianis, quis enim hoc diceret, nisi insanus? Ergo neq; iuramentum est sublatum uel prohibitum a CHRISTO Christianis. Secundo sic, De iuramento dicit Lex, Deu. vi, quem locum (ut non dubites Christum non prohibuerit iuramento) Christus citat Matthæi. iiiij. contra Diabolum, Dominum Deum tuum timebis aut coles, & ille soli seruies, & per nomen eius iurabis. Et Christus dicit, Non

CAPVT QVARTVM

cit, Non ueni soluere legem, Ergo Christus non prohibuit iuramentum suis Christianis, si enim prohibuisset, soluisset legem, At ipse dicit se non uelle soluere Legem. Neq; uero prodest hic obijcere de lege Iudiciali & Cærimoniali, De lege Decalogi hic loquimur, quæ per petuo manet.

Cum itaq; necessitas, commodum, charitas & salus proximi exigit a te iuramentum, præstare debes, Quia debes seruire proximo ut cures eius commodum & salutem re licita, iuramento, ibi tum non accipies nomen Domini in uanum & frustra, sed maxime honorabis nomen Domini tribuendo DEO gloriam ueritatis ad commodum uel salutem proximi, Sed sic accede ad iuramentum cum timore & summa reverentia, ut ad rem sacrasissimam & diuinam maiestatem nominis Dei, ne eo absutaris, sicut summus Pontifex semel in anno ingrediebatur in sancta sanctorum cum timore & tremore & reverentia maxima, ne moreretur.

Sit sermo tuus, Est Est, Non Non, absq; omni iuramento, ne assumas nomen DEI in uanum. Cum autem iurandum est, agnosce te aliam esse personam, qui secundum uerbum & mandatum DEI debes seruire uel per obedientiam tuis maioribus, uel per charitatem fratribus, Et ne dicas, Non debedo seruire alijs per rem illicitam, per furtum, latrocinia, scortationem, blasphemias, Iuramentum est illicitum, quia Christus dicit. Nolite iurare omnino, Dixi supra a principio ex scriptura, Iuramentum esse rem licitam & licere iurare, non tamen in sermone nostro vulgari & quotidiano frustra, ne frustra & in uanum accipiamus nomen Domini, & sanctum sanctorum vulgo temere aperiamus, sed tum quando necessitas, periculum, commodum uel sal^o proximi hoc postular,

postulat, etiam si proximus meus cuius res agitur non petat iuramentum, aut ne cogitet quidem de meo iuramento, Adeo enim Deus uult & mandauit nobis ut solliciti simus pro proximis, ut libenter patiatur atque adeo uelit & gaudeat sese asciri testem & adiutorem uel per iuramentum necessarium in proximi nostri necessitate.

Abraham nullo modo, nec unquam in æternum debet occidere hominem, quemadmodum & nos mandatum habemus. Non occides, Cum autem speciale accipit mandatum, Immola mihi filium tuum, debet occidere uel filium charissimum, & innocentem, Et apud nos cum Iudici mandatur, Occide malefactorem, debet occidere, Non enim sic nobis commendata est secunda tabula legis, ut non obediamus iuri diuino & ipsi DEO in prima tabula, ut non faciamus officium nostrum nobis diuinis tantum demandatum, Ego ut homo seruo mandatum DEI, Non occides, Sed ego ut Iudex occido malefactorem, nec potest malefactor iure conqueri contra me, quod enim ego occido, quia non ego, sed Deus ipse suo iure & lege occidit eum, Hinc magistratus & Iudices dicuntur in scriptura Dij, quod uice DEI iudicant, Roman. xiij. Minister DEI est etc, Exod. xxii. Offerat Dominus servum Dij, Et. xxiiij. Dominus domus applicabitur ad deos, Ad deos utriusque causa perueniet, Psalm. Deus stetit in synagoga Dei, in medio autem Deos dijudicat etc.

Ita etiam de iuramento accipe, Noli omnino iurare ullo modo in sermone tuo, ne abutaris nomine Domini, & frustra illud assumas, Cum autem in necessitate proximi tui Deus dicit tibi, Iuuua proximum tuum, qui non potest credere tibi recte consulenti aut obedienti uel coronam iudicio uerum dicenti nisi iures, tunc iurato uerum

Ff in nomine

CAPVT QVARTVM

In nomine Domini, & non assumes nomen Domini in uanum, sed summe honorabis, ut dictum est, Sic Deus iurat per seipsum, Viuo ego, Gene. xxij. etc, Sic Christus iurat nobis saepe, Amen, Amen etc, ex mandato Patris, ut nos & promittenti & iuranti credamus. Et Paulus iurat, Testis est mihi Deus, Scit Deus quod non mentior, Testem inuoco Deum in animam, Et illud iurantis est, 1. Corinth. xv. Quotidie morior per uestram gloriam fratres. Si inuoco nomen Domini super buccellam panis quando edo, cur non inuocarem nomen Domini ad confirmandum proximum meum, uel ad reddendum testimonium ueritati, in re proximo necessaria siue corporis siue animae? Et Hebræ. vi. dicitur, Homines per maiorem se iurant, atq; iisdem omnis controuersia finis est, si accedat ius iurandi confirmatione.

Quid ergo CHR Iustus dicit, Ne iuretis omnino? Scio quod iste scrupulus semper torcit quosdam, quasi Christus dicat, Nunquam iurandum, & faciat iuramentum suis Christianis prohibitum & illicitum, nulla exceptione, quia uniuersaliter dictum est, Ne iuretis omnino, Sed hoc Omnia, non eò pertinet, quia Christus non uenit soluere legem, Pertinet uero ad uarios iurandi modos. Quidam enim iudicabant se non periurare, cum falso dicentes in iuramento, modo non nominarent Deum, Sicut nos dicimus, Per animam meam, Per salutem animae meae, Per honorem & fidelitatem meam, & vulgo, Per iuramentum meum, Et a contemptoribus DEI finguntur quotidie noui iurandi & maledicendi modi. Ita & illi dixerunt, Per cœlum, per terram, per Hierosolyma, per caput meum, per templum, per Altare, per sacrificia & oblationes, Contra quod Christus non prohibens licitum iuramentum, quo non assumitur nomen

Domini

Omnino.

IEREMIAE.

CXVII.

Domini in uanum, sed exponens legem, ne frustra assu-
mamus nomen Domini, quod sacratissimum nobis in
doctrina, confessione & iuramento esse debet, quemad-
modum oramus, Sanctificetur nomen tuum, dicit, Sit
sermo uester, Est Est, Non Non, id est, absq; iuramento,
Ne iuretis in sermone uestro omnino, id est, nullo modo
iuretis, neq; hoc modo, neq; illo modo, neq; alio modo
in sermone uestro, Et ne illud Omnitudo, aliò trahas, Chri-
stus se aperte exponit, dicens, Neq; per cœlum etc, quæ
omnia sunt D E I & iuramenta Dei, etiam si in uoce De-
us non exprimatur. Grauiiter ergo nostri iuratores &
maledictores increpandi sunt, etiam si dicant se per De-
um non iurare, Iuratio sacra res est, & sacramentum lati-
nis appellatur, quibuscunq; uerbis exprimatur, etiam
facta per res bonas, quæ sunt D E I, quemadmodum Io-
seph iurat per salutem Pharaonis, Nam per scelera &
turpia iurare esset manifesta blasphemia.

At ait, Illa Antithesis. Dictum est antiquis, Non
peierabis, sed persolues Domino ea quæ iuraueris. At
Ego dico uobis, ne iuretis omnino etc, uidetur manife-
ste dicere, quod olim licuerit iurare, nunc non liceat, Re-
spondeo, Videlicet quidem illi, qui non uidet, quid Chris-
tus agat, Matthæi. v. Illa antithesis non est contra ali-
quam Dei legem, quia Christus dicit se non soluere Le-
gem, sed est contra expositionem & doctrinam Scriba-
rum & Phariseorum, qui uulgo iurare, non solum non
peccatum esse iudicabant, sed etiam gloriam D E I, quia
legebant dictum, Per nomen Dei iurabis, et Laudabun-
tur omnes qui iurant in eo, & impegerunt in sacratissi-
mum mandatum, Non assumes nomen Domini D E I
qui in uanum, Id quod etiam notum est, ex eo quod infra
dicit. Dictum est, Diliges proximum tuum, & odio ha-

Ff ij bebis

CAPVT QVARTVM

bebis inimicum tuum, Certe hoc non est dictum a lege
Dei, ut ante diximus, sed a Scribis & Pharisæis, Quæ er-
go dicit ibi Christus, non dicit contra legem de iuramen-
to, sed contra doctrinam & falsam interpretationem
Scribarum & Pharisæorum, qui non intelligebant le-
gem de iuramento, et faciebant ut homines grauiter pec-
carent contra legem, Non assumes nomen Domini Dei
tui in vanum. Atq; ideo non est intelligendum, Dictum
est per legem Dei antiquis, Patriarchis, Prophetis & illi
populo Iudæorum ad montem Sina, Ego autem dico
vobis aliud, quia Christus non uenit illam legem solue-
re, & Lex quæ dicta est illis antiquis, dicitur & hodie
nouis, Nam Christus non dedit nobis alias leges pro il-
lis, Non occides, Non mœchaberis, Non peferabis, sed
dixit, Mandatum nouum do vobis, ut diligatis inuicem
sicut ego dilexi uos. Quare hoc mandatum nouum sit,
& quomodo Christiani noui sint, & liberi a lege, mun-
dus non intelligit, quæ alias docemus, Sed sic intelligen-
dum est, Dictum est uel predicatum est, non a lege, sed a
Scribis & Pharisæis, & dictum est Antiquis siue veteris-
bus (non dicit Patribus uestris in deserto ad montem Si-
na) Id est prædicatum est a Scribis & Pharisæis iamdu-
dum uestris progenitoribus, auis, proauis, attauis etc.
Hos dicit ueteres, qui hactenus iamdudum multis annis
seducti sunt a Scribis & Pharisæis, docentibus, quod ira-
sci, irridere proximum, maledicere proximo, non sit con-
tra legem, Non occides, Concupiscere mulierem, non
sit contra legem, Non mœchaberis, Vulgo iurare fru-
stra, non solum non sit contra Legem, sed etiam pro lege
& gloria DEI etc, Sic docuerunt, sic seruant legem, su-
ues homines, qui multa bona in se inueniunt per suum
intellectum, rationem & liberum arbitrium, & dicunt.

Non si jm

Non sum sicut cæteri, raptore*s*, iniusti, adulteri*s*, ut hic Publicanus etc. Ego autem (citat Christus) dico uobis. Omnis qui irascitur fratri suo etc. Diligite inimicos uestr*s* etc. Veteribus dictum est (inquit) quia Iosephus antiquitatum libro. xiij. capite. viij. dicit, Pharisaicam se etiam fuisse apud Iudeos tempore Machabæorum. Posterioris etiam uerbo Veterib*s* siue Antiquis, uti contra nos*s* qui clamant contra Euangelium, Volo credere si*s* cut patres nostri crediderunt, ut dicas eis, Vestri ueteres siue maiores seducti sunt, quorum error*s* tulit Deus. Vos autem propter errores eorum, nolite contemnere Euangelium, quia hoc non feret Deus.

Itaque Christus Matthæi. v. nihil loquitur contra Legem, ut notum est, neque tradit perfectiores leges aut alias quam olim traditæ sunt, sed exponit præcepta DEI, quemadmodum Moses & Prophetæ & sancti Prædicatores ante exposuerant & docuerant, contra doctrinam Scribarum & Pharisaorum, ne interim somnies, hanc Christi legis interpretationem esse nouam. Errorem Scribarum & Pharisaorum, qui tunc fuerunt & nunc sunt, damnat, non adfert noua. Inde notum euadit, quod Christus etiam Matthæi. v. nihil loquitur contra Magistratum, maioritatem & obedientiam, quæ pertinent ad legem, Honora patrem & matrem etc, sed docet unumquemque hominem, siue discriminé & acceptione personarum in primis Christianum (qui hanc doctrinam suscepit, dum alii contemnunt) ut sciat quid ex puro & fidelicorde prestare debeat erga Deum & erga homines, ut sciat quid Lex requirat a nobis, ne somniet se iustum per legem, donec Lex eum accusare poterit. Qui ista lege non nouerit, nunquam cognoscet uere suum peccatum & immundiciam cordis sui. Atque ideo non consenserit fugiet.

CAP VT QVARTVM

fugiet unquam syncere et fidelī corde ad Christum, Lex enim est Pædagogus noster ad Christum, & Pauperes Euangelizantur.

ARATE uobis nouum agrum. Idem

Malus ager. sed alia figura dicit quod ante. Si abstuleris abominatio-
Nouus ager. nes tuas &c. Vos hypocritæ uestra falsa poenitentia uultis
multa serere, multa bona opera facere, ad Deum conuer-
ti, Deum timere siue colere doctrinis, legibus & tradicio-
nibus humanis, sed omnia frustra facitis, dum manetis in
uetustate uestra, in infidelitate uestra, non conuertimini
ab erroribus uestris uera poenitentia ad uerbum Dei &c.
que ante diximus de poenitentia, uos estis ager induratus
incultus, qui semen uerbi Dei non suscipit, Vos estis ager
spinosus, ex quo susceptum semen non prouenit, sed exor-
tum suffocatur, ut & Christus dicit in parabola seminis,
frustra ergo aratis, frustra seminatis, frustra facitis omnia,
Non estis arbores bonæ, ergo impossibile est ut faciatis
fructus bonos, Optima quæ facitis sunt idolatria, super-
stitione, falsus cultus, facta iusticia, Si ergo uis conuerti Isra-
el, conuertere ad Me, dicit Dominus, Aufer abominatio-
nes tuas a facie mea, Expurgate uetus fermentum ut sitis
noua conspersio, & celebretis Sabbata Domini in azymis
synceritatis & ueritatis, nō in fermento malicie et nequissi-
tiae .i. Corin. v. Renouamini spiritu mentis uestræ, & in-
duite nouum hominem qui secundum Deum creatus est
in iusticia & sanctitate non facta sed uera, Eph. iiiij. Depo-
nite mendacium, loquimini ueritatem unusquisq; cum
proximo suo, Irascimini & nolite peccare, Qui furabatur,
non furetur amplius, magis uero tribuat egestatem pati-
enti, Omnis sermo spurcus ex ore uestro non procedat
&c. quæ est uera poenitentia, ut ante diximus.

Circumsc

IEREMIAE: XCIX.
CIRCVMCISIO ET
Sacramenta.

CIRCVMCIDITE uos Domino:

Alia uerborum figura sumpta a circumcisione præputij (Gen. xvij.) prouocat eos ad poenitentiam ueram, Sicut Paulus, i. Cor. v. ex obseruatione ueteris phase (Exo. xij.) hortatur ad poenitentiam, Expurgate, inquit, uetus fermentum, ut sitis noua conspersio, sicut estis azymi, Itaque diem festum agamus, non in fermento &c. Hæc dicit propheta non gentibus incircumcisiti, sed Iudæis qui erant in carne circumcisi, quos dicit incircumcisos corde, Auferte, inquit, præputia cordium uestrorum, quemadmodum saepe prophetæ clamant contra impios Iudæos, Et Moses ipse Deut. x. Circumcidite præputium cordis uestri, & ceruicem uestram ne induretis amplius. Et xxx. Circumcidet Dominus Deus tuus cor tuum & cor seminis tui, ut diligas Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & in tota anima tua, ut possis uiuere. Leuit. xxvi. Inducam illos in terram hostilem, donec erubescat incircumcisæ mens eorum, Iere. vi. Cui loquar & quem contestabor ut audiat? Ecce incircumcisæ sunt aures eorum & audire non possunt, Ecce uerbum Domini factum est eis in opprobrium, nec suscipient illud, Et ix. Visitabo super omnem qui incircumcisum habet præputium, super Aegyptum, & super Iudam, & super Edom, & super filios Ammon, Moab, et omnes qui in angulis deserti habitant. Quia omnes gentes habent præputium, omnis autem domus Israel incircumcisæ sunt corde. Iudæi impios gentiles Deum ignorantes uocabant incircumcisos, propterea quod in carne non erant circumcisi, Quemadmodum David, i. Reg. xvij. dicit de Goliath, Erit hic Philistæus

Ff. iiiij incircumcis

CAPVT QVARTVM

incircumcisus quasi unus ex eis, Et ij. Reg. i. Ne exultent filiae incircumisorum. Et Saul, i. Reg. xxxi. Ne ueniant incircumcisi isti & interficiant me illudentes mihi. Ergo Iudæi summa iniuria & ignominia sese affectos iudicabant, quando a prophetis suis ipsi uocabantur incircumcisi, id est, gentiles & gentilibus deteriores, quemadmodum uides in historia Stephani, Acto. vij. Stephanus dicit eis. Vos dura ceruice, & incircumcisi cordibus & auribus &c. Ipsi hoc audientes dissecabant cordibus suis, et striabant dentibus suis in eum, &c. Vides quemadmodum prophetas siros odio habuerint, persecuti sint, & occiderint propter ueritatem, quemadmodum & nostri papistæ faciunt contra nos.

Igitur notum est ex sacra scriptura duplēcē esse circumcisionem, alteram quæ fiebat in carne, secundum institutionem & mandatum Dei, quam Paulus R. o. ij. uocat circumcisionem per literam, alteram quæ fit in spiritu, quam Paulus & prophetæ uocant circumcisionem cordis & aurium, Circumciditur cor, & auferitur preputium cordis, quod uelamen uocat Paul⁹ ex historia Mosis, ij. Cor. ij. quando reiecta cordis impietate & infidelitate converitur homo & credit in Deum, i. Cor. ij. Vbi conuersi fuerint ad Dominum tolletur uelamen, Tunc etiam circumciduntur aures, ut homo iam audiat uerbum Dei, & dedignetur posthac audire doctrinas humanas & errores quos antea amauit.

Certe hæc duplex circumcisione, uel hæc duæ circumcisiones fuerunt simul apud Iudæos una perfecta circumcisione, ex institutione Dei, Gen. xvij. Nam Deus nō solum instituit & mandauit circumcisionem carnis, sed etiam illi circumcisione addidit promissionem & pactum suum, ut, inquit, sim D E V S tuus & seminis tui post te, Et hoc pactum

M. IEREMIAE.

C.

pactum meum sit in carne uestra per circumcisio[n]em,
Hæc promissio DEI si creditur, hoc pactum DEI (Ego
Deus tuus) si suscipitur, est circumcisio in spiritu, quam
Deus uoluuit accipi cum circumcisione quæ fit in præpu-
tio carnis, Atq[ue] ita instituit Deus circumcisionem quæ es-
set pactum Dei cum homine qui circumciditur. Non era-
go circumcisus octauo a nativitate die puer erat sine ȳbo
Dei, quemadmodum nec nostri paruuli qui baptizantur
sunt sine uerbo, promissione & pacto Christi, Suscipiunt
enim baptismum Christi, in nomine patris & filij & spiri-
tus sancti, uerbo Christi institutum, & pactum Christi, de
quo ipse ait, Sinite paruulos uenire ad me, & nolite pro-
hibere eos, Taliū enim est regnum cælorum &c. quem
admodum i. Pet. iii. dicitur. Baptismo non carnis fortes
abluuntur, sed est ibi stipulatio uel pactum bonæ consci-
entia erga Deum, per resurrectionem Iesu Christi. Qua-
de re scripsi ex professo contra Anabaptistas, pro baptis-
mo paruolorum, item et contra nos tristis qui damnant par-
uulos Christianorum quos conamur baptisare et nō pos-
sumus. Scripsi, inquam, in psalmum, xlix, cuius initium est
Adferre Domino &c. Eadem scripsi etiam in decimum
caput prioris Epistolæ ad Corinthios, ubi dicitur, Patres
nostris omnes sub nube erant &c. & nuper in primum ca-
put Deuteronomij, ubi Moses dicit, Paruuli uestri & filij,
qui hodie boni & mali ignorant distantiam, ingredien-
& ipsis dabo terram & possidebunt omnia &c. quæ nunc
sunt in omnium manib[us].

Sed ut olim tempore Prophetarum Hypocrite rej-
ciebant uerbum Dei & pactum primi præcepti, defici-
entes a fide ad humanas doctrinas & effictos cultus &
religiones, quasi Dei, ut fierent incircumcisæ cordibus et
auribus, et gloriabantur de circumcisione in carne, quod

Gg non

CAPVT QVARTVM

Non essent Gentiles, & quod essent ex semine Abraham secundum carnem prognati, Ita & nostri Papistæ defecerunt a fide, reiecto Euangelio Christi & pacto Baptismi, quod est Baptizatio per Spiritum sanctum, & uera cordis & aurum circumcisio in spiritu, & gloriantur de Baptismo externo, quod non sunt Turcae aut Gentiles, sed Christiani & uera Ecclesia, ut qui non Euangelium Christi a patribus, Apostolis et Christi Praedicatoribus, sed doctrinas Dæmoniorum, in Hypocrisi loquentium mendacium, ab alijs patribus, matribus, auis & proauis, Monachis et monachabus suscepserint, Hi quando in hac tam clara Euangelij luce non resipiscunt a suis erroribus, sed augent suas blasphemias, condemnati sunt, sententia Christi, quæ non fallit, Ite, inquit, in mundum uniuersum, & prædicate Euangelium omni creaturæ, Qui crediderit & Baptizatus fuerit, saluus erit, qui uero non crediderit, condemnabitur. Quid profuit illis, quod in carne circumcisi erant, qui non credebant Moysi & Prophetis? quemadmodum Abraham dicit, Lucæ. xvi. Habet Mosen & Prophetas, illos audiant. Quid prodest nostris, quod Baptizati sunt, qui non credunt Euangeliō, atq; adeo Euangelium condemnant & persequuntur? Nam Christus dicit, Qui non crediderit Euangeliō quod uos prædicabitis, condemnabitur, Et Ioan. iii. Qui non credit, iam iudicatus est, quia non credit in nomen vnigeniti filij DEI.

Sicut olim Circumcisio in carne & circumcisio in Spiritu, quæ est pactum DEI susceptum siue creditum, una & uera erat coram Deo circumcisio, secundum Dei institutionem, quam legis, Gene. xvii. ubi Circumcisio in carne nunc signum foederis, quia externe uidetur & gestatur ibi foedus & pactum DEI interne esse in Spiritu,

et, nunc

tu,nunc uero foedus ipsum siue pactum Dei a Deo uocatur,quia credit homo quod Deus cum ipso pactum aeternum fecit, quae est Circumcisio in spiritu,Ita & nunc credere per spiritum sanctum Euangelio,qui est Baptismus in spiritu, Acto. xv. Fide purificans corda eorum, & baptizari aqua,est unus Baptismus ad salutem & uitam aeternam,institutione Christi. Sic enim ait. Qui crediderit & Baptizatus fuerit, saluus erit, Et Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto,non potest introire in Regnum Dei,Et Paulus Epesijs dicit, CHRISTus mundat Ecclesiam suam lauacro aquae in uerbo etc, Et Tito, Secundum misericordiam suam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus sancti,quem effudit in nos (quo baptizauit nos) abunde,per Iesum Christum saluatorem nostrum etc.

Sicut Non uoluit olim Deus Hypocriticam circumcisio,ut homines circumcisi,postea essent absq; uerbo DEI,absq; pacto DEI,id est,absq; fide,Ita non uult hodie Christus sua institutione, Hypocriticum Baptismum,ut baptizati postea sint absq; pacto Dei,absq; uerbo DEI & fide, quemadmodum Simon Magus in Hypocrisia sua Baptismum suscepserat,homo impius & absq; fide, ut legis in Actis Apostolorum, Cui Petrus dicit, Non est tibi pars in hac salute etc,Et Christus dicit, Qui non crediderit condemnabitur,Credere in Christum est uere spiritu sancto baptizari & regenerari,ut sis filius Dei, & fide purificetur cor tuum, Nam credere non potes Euangelio,nisi per spiritum sanctum tibi datum, Cum certo credis per Euangelium in Christum, certo scias te habere spiritum sanctum , quemadmodum Paulus Galatis dicit, Misit Deus spiritum filij sui in corda nostra clamantem Abba

CAPVT QVARTVM

tem Abba pater, Ergo Credere Euangelio & baptizari,
est renasci ex aqua & spiritu sancto ut saluus fias,

Igitur hoc loco dicamus quædam de sacramento siue signo circumcisionis, & deinde de spiritu circumcisione, quamuis de altero sine altero, ut diximus, commode ex scripturis siue ex institutione Dei dici non potest, Ex quibus intelligemus etiam rationem nostrorum Sacramentorum.

DE SACRAMENTO CIRCUMCISIONIS & DE NOSTRIS SACRA- MENTIS.

Signum circumcisionis, a Deo institutum, ut legis Gen. xvij. quam ridiculum fuerit rationi humanae, notum est omnibus, Gentiles riserunt Iudæos propter hoc signum ut stultissimos, id quod adhuc uidere licet in quibusdam poetis, ut Iuuenale etc. Signum autem baptismi non tam pudendum est rationi ut circumcisione fuit. Sed ratio maxime ridet significatum & rem baptismi, & iudicat nos stultos, dicens. Quid posset aqua quemadmodum quidam ex phanaticis spiritib⁹, etiam in hac Euangelij luce, coeperrunt contemnere Christi Sacra menta, in res externas tantum (ut aliqua bestia) non in uerbum instituentis Dei intuentes, et tamen sic iactabant spiritum, quasi illam sapientiam ipsorum nemo nosset, Quid posset aqua? Paulus dicit Gal. iiij. Quotquot in Christum baptizati estis, Christum induistis, Nos Christiani in baptismo sum⁹ Christo incorporati pacto Dei æterno, ut credamus solum Christum esse iusticiam nostram & uitam æternam quem fide suscepimus, in quem baptizati sumus, Hanc fidem & fiduciam nostram, uides quam nostri Papistæ, qui se iactitant else

esse Christianissimos, rideant, oderint, condemnent, pers
sequantur, & iudicent nos insanissimos & haereticos.

Sed quis, Cur Deus dedit tam stulta (ut uidetur) sa
cramenta uel signa, cum potuisset dare gloriofa, & quæ
mundus contemnere non posset? Respondeo, Sic uoluit
Deus & ita nobis commodum & salutare est, atq; fideles
ita suscipiunt sacramenta ut Dei uerbum, ut certissima si
gna salutis & Dei pactum, Diabolus autem (ut in paradis
so) & nostra infidelitas queruntur. Cur præcepit uobis
&c? Tamen ne stulta in his ratio uideatur sibi sapiens,
respondemus et hoc. Ridet ratio circumcisio, baptismu
s, coenam Domini, quæ nihil in nobis per haec signa ridens
da immutatum uidet, sed Deus dicit, Nisi hoc modo stul
tus fias, damnaberis. Si Deus non deditset tam pudenda
signa, sed regalia, aurea &c, non mortificaretur nostra si
perbia. Sunt ergo haec sapientibus scandalum & excæca
tio, credentibus gloria summa. Potuisset quidem Deus
aliter, sed ne sic quidem placuissest stultæ rationi. Ipse est
Deus absconditus, & non cognoscitur in uerbo & Sacra
mentis, nisi a suis fidelibus, quibus ipse se reuelauerit &c.

Quæris, quomodo circumcisio dicitur pactum eter
num, ut manifeste uides in institutione Dei, si ipsa iam
mutata est, & non est nunc necessarium circumcidiri, Re
spondeo.

Si respicias in pactum siue foedus, ut institutio Dei lo
quitur, nihil est immutatum, neq; mutabitur quicquam in
æternum, quia pactum & foedus Dei est, Deus autem fal
lere non potest, Mala. iiiij. Ego Dominus, & non mutor,
id est, qui mentiri non potest, ut exponit Paulus Tit. i. Et
Baalam Nu. xxiiij. Non est Deus quasi homo ut mentias
G g iiij tur, nec

CAPVT QVARTVM

tur, nec ut filius hominis ut mutetur. Pactum uero DEI
in circumcisione est, ut uides, q[uod] uult Deus esse Abrahæ
& seminis eius post eum, si permanserint posteri in hoc
pacto, id est, credant in Deum ut Abraham. Constituam,
Inquit, pactum meum inter me & te & semen tuum post
te in posteritate ipsorum, ut sit pactum æternum, ita ut
sim Deus tuus & seminis tui post te. Idem pactum DEI
& Domini nostri Iesu Christi nobiscum est in baptismo,
maiore gloria & gaudio, q[uod] nunc accepimus Christum se-
men Abrahæ promissum, qui in circumcisione expecta-
batur uenturus secundum DEI promissionem, bene-
dictio omnium gentium per inuulgatum Euangeliū.
Nam nunc baptizamur baptismo CHRISTi, id est, laua-
cro regenerationis & renouationis spiritus sancti, in no-
mine patris & filij & spiritus sancti. An non & hic uides
idem pactum Dei in Christo Iesu Domino nostro, non
transitorum sed æterni DEI æternum, quemadmodum
Petrus quoq[ue] ait i. Pet. iiij. In arca Noe paucæ, id est, octo
animæ saluatoræ sunt per aquam, quæ nunc & nos saluos
facit in baptismo, per illam significato, non depositio quis-
dem sordium carnis, sed pactum siue stipulatio bonæ con-
scientiæ cum DEO per resurrectionem Iesu Christi,
&c.

Si autem in signum externum circumcisionis tantu[m]
respicis, quod ad homines attinet, etiam nullus unquam
in æternum potuisse illud mutare in illa progenie Iudeo-
rum & familia. Non enim homo mutare potest, quod De-
us instituit, ut apud nos AntiChristiana impietas mutare
præsumpsit institutionem cœnæ Dominicæ in suam abo-
minandam Missam, & prohibere & condemnare eius
dem sacratissimæ cœnæ & coniuicij usum in communica-
tione laicorum, pro Euangeliō et remissione peccatorum
in Christo,

IEREMIAE.

CIII:

in Christo, restituere nobis uota & obseruantias Monachales, & operum humanorum traditionumq; infi-
nitarum examina, & gloriatur mendaciter et impuden-
ter, se hanc potestatem habere a D E O iure diuino, pro-
mittit suis fidelibus propter talia uitam æternam, et fides
les Christi ita persequitur, ut blasphemiarum, mendaci-
orum & homicidiorum non sit ullus finis. Postquam
autem uenit Christus, qui expectabatur ex illa carne &
familia, quæ acceperat circumcisionem, quemadmodum
Paulus Galat. dicit, Donec ueniret semen cui promis-
sum erat etc, Idem Deus in Christo mutauit circumcisio-
nem in Baptismum, quem dedit non illi solum familie,
neq; masculis solum, sed toti mundo, Ite, inquit, docete
omnes gentes, baptizantes eas etc, Ite in mundum univer-
sum, prædicate Euangelium omni creaturæ, Qui
crediderit & Baptizatus fuerit, saluus erit etc, Alioquin
nulli hominum in æternum licuisse illud foedus circum-
cisionis in illa familia abolere, sicut nemo potest abolere
foedus baptismi.

Familiam autem illam dico, non solum progeniem
Abrahæ, sed etiam illos qui eis accedebant, quemadmo-
dum Deus ait, Similiter circumcidatur quicquid familiæ
domini natum est, uel emptum est, aut alioqui peregrinū,
non ex uestro semine, in domo siue familia ueltra. Cre-
do ergo Ismaelem, qui circumcisus fuit ut filius Abrahæ
in domo eius, postea non fuisse obnoxium circumcisio-
nis mandato cum sua posteritate, nec posteritati eam pro-
fuisse quicquam, postquam separatus est ab Abrahæ fa-
milia, nec recensitus est in semine Abrahæ, quemadmo-
dum dictum est, Non in Ismael, sed in Isaac uocabitur ti-
bi semen. Nec opinione mea ducor. Nam instituens De-
us circumcisionis pactum generi & familie Abrahæ,

Gg iij addidic

CAPVT QVARTVM.

addidit dicens. De Ismael quoq; exaudiu te. Ecce bene
dixi ei, & fructiferum eum faciam, multiplicaboq; eum
uehementer, duodecim Príncipes generabit, & produ
cam ex eo gentem magnam. Pactum uero meum statu
am cum Isaac, quem pariet tibi Sara in tempore hoc, se
quenti anno. Et tamen de hac circumcisione gloriantur
adhuc hodie Saraceni, qui potius Agareni sunt ex po
steritate Ismaelis, & post eos Turcae, sed frustra. Porro
gentes, quæ sic ut dictum est, accedebant ad familiam A
brahae, & postea ad Iudaismum, dictæ sunt proselyti, id
est, aduenæ, ut uides in nouo testamento. Nec tamen ne
cessè fuit circumcidì gentes, quæ accesserunt ad fidem
Dei Israel, nisi uellent else in familia Iudæorum. Alios
qui in terris suis potuerunt else pīj & fideles absq; cir
cumcisione, quæ non erat eis mandata. Testes sunt Na
man Syrus, Abimelech Rex Palestinæ, Pharao sub Io
seph, cum credentibus tunc per Ioseph Aegyptijs, Na
bugodonosor, Cyrus etc. Multo minus erat unquam
mandata circumcisione gentibus per totum orbem, Ergo
gentes nunquam erant obnoxiae circumcisioni,

Apostoli post abolitam circumcisionem, dato Ba
ptismo, quo baptizamur in Christum, qui a circumcisio
ne expectabatur, cum fiducia pronunciabant, Circum
cisio nihil est. i. Corinth. viij. id quod antea, cum pactum
DEI erat in circumcisione, non licuisset. Et tamen fere
bant ad tempus circumcisionem in Iudeis suis, sicut &
reliqua Legis Mosis, donec Christum bene disserent, &
crederent se in eo habere omnia, quemadmodum ege
rie Paulus Col. ii. scribit. Hinc & ipse Paulus, non pro
pter pactum Dei, sed propter Iudeos circumcidit suum
Timotheum. Acto. xvi. sicut & assumpit uotum & pu
tificationem

tificationem Iudaicam, non propter conscientiam quod
esset talibus alligatus, ut notum est uel ex ipsius scriptis
& doctrina, sed propter Iudeos, Acto. xxi. Cum autem
legis zelatores, licet Baptizati & Christi nomen profis-
tent, urgerent circumcisio[n]em ut necessariam, quem-
admodum nostri Papistæ suis traditionibus nostras con-
scientias alligant, quibus Deus nos non alligauit, immo
quas Deus abominatur, & quæ nihil aliud sunt quam
Idolum cordis & uera Idolatria, quando eas ut necessa-
rias suscipimus, restitit eis Paulus, & ne ad horam qui-
dem cedere uoluit eis ut circumcidet Titum, ut ueritas
Euangelij permaneret apud nos gentes, id quod le-
gis in Epistola ad Gal. Quemadmodum & nos, & mul-
to amplius resistere debemus nostris traditionibus siue
traditionarijs, qui non habent tam bonam speciem ut illi.
Nullam enim DEI institutionem uidentur defendere
mendaces & homicidae principes Sodomorum & po-
pulus Gomorrhæ.

Magna itaq[ue] stulticia fuit Pseudapostolorum, qui ex
Iudeis videbantur conuersi ad Christum, et tamen Christum
non intelligentes, urgebant suos Iudeos ad Christum
conuersos ut circumcidarentur, qui iam erant a cir-
cumcisione liberati, uel testimonio Mosis dicentis, Deu.
xvij. Prophetam suscitabit tibi Dominus Deus tuus ex
fratribus tuis, sicut me, illum audies. Et omnis qui non
audierit Prophetam illum, ego ultor existam, dicit Do-
minus. Qui ergo olim dixit, Masculus cuius præputij
caro circumcisæ non fuerit, peribit de populo suo, Is ۚ nūc
dicit. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto
non potest uidere regnum Dei, longe certe aliter quam
Pseudapostoli, qui dicunt Acto. xv. Nisi circumcidami-
ni non potestis esse salui. Maxima uero fuit insania eo-

Hh rudent

CAPVT QVARTVM

tundem Pseudapostolorum, quod gentes sub necessitate salutis consequendæ cogere uolebant ad circumcisio- nem, quibus Deus nunquam mandaue rat circumcisio- nem, ut ante dictum est, sed soli sanguini Abrahæ & fa- miliae eius. Contra tales Doctores, qui etiam ex ipso Eu- uāgeliō et Christo nobis nihil aliud quam leges faciunt, Euangeliū & Christum ignorantes, ut tūc ita & nunc, dicit Paulus ad Timo. Volentes esse legis Doctores, nescientes de quibus affirmant etc. Et Col. ij. Frustra in- flatus mente carnis suæ in ihs quæ non uidit etc.

Definimus ergo ex circumcisionis pacto nostra sa- cramenta, quod Sunt signa gratiæ DEI, nobis uerbo Christi instituta. Nam sicut circumcisio est signum fœderis illi qui circumciditur, & est ipsum Dei fœdus cre- denti, Vtrumq; enim dicit Deus instituendo circumcisio- nem, Gene. xvij. nec licet nobis aliter interpretari uer- bum Dei, quam ipse interpretatus est, Sic & Baptismus & coena Domini sunt signa fœderis et stipulationis Dei, & fœdus ipsum credenti, & stipulatio quæ non fallit nos. Quæ ita sunt accipienda ex manu Christi sponsi & saluatoris nostri, tanta admiratione & consolatione, atq; si Deus noua miracula e cœlo pro nostra salute faceret. Scimus quidem quod Sacraenta ex opere operato, ut uocant, non iustificant, sine fide, quin & in iudicium suscipiuntur. Nec mirum. Non enim tota Trinitas tibi pro- dest ad salutem, aut mors & resurrectio Christi sine fide, Sed tamen fidei sunt signa salutis, confirmatioq; fidei et uita, propter additam promissionem cui credit. Atque hoc modo signum fœderis siue salutis sit & fœdus ipsum siue salus credenti, Ne ergo dicat impietas, Quid prodest pauculum aquæ? Quid panis & vinum? quid prodest abscissio pelliculae? Signum fœderis DEI est,

& si cres-

& si credis foederi est foedus ipsum, Certificamur de fauore Dei atq[ue] adeo incorporamur Christo , si credimus , per nostra Sacra menta. Sunt enim propter additam Dei promissionem ipsissimum Euangelium Christi, quemadmodum & Augustinus eleganter dixit, ea else uerbum uisibile .

Gaudemus itaq[ue] de nostris Sacramentis , & fide confortamur per ea, ut per signa fauentis Dei & gratiae Christi, si ea ita accipimus quemadmodum Christus instituit, quemadmodum gaudet sponsa , & contra omnes maleuolorum suasiones corfimatur de amore sponsi erga se, per dona & munuscula a sposo donata , haec osculatur, recondit ut suum thesaurum, certificata per hoc, q[ui] sponsus, quantus quantus est, ipsius totus est cum omnibus bonis quae habet, Tu scilicet haec dona, & haec gratiae & summi fauoris ac beneuolentiæ signa dices nihil pro desse? Institutionem Christi & promissionem ibi attendimus, nihil morati q[ui] tua spirituositate ibi non plus uides, re potes quam equus & mulus.

Quidam aiunt Sacra menta tantum esse signa & uelut tesseras militares inter homines , quibus agnoscamus ab alijs esse Christiani. Respondeo, Permittimus alijs hominibus, ut ex his signis agnoscant nos esse Christianos, Quia publice accipiuntur , ideo sunt confessio fidei nostræ, quam diabolus & mundus non sustinent. Sed quām ex his signis alij falli possint, testis est Paulus, qui ait, inde digni accipientes cœnam Domini iudicium sibi accipere, Et nota est omnibus historia de communicatione Iudeæ proditoris in cœna, & de baptismo Simonis magi, Et quām omnia externa signa fallant alios, significat & Iohannes in epistola dicens, Ex nobis exierunt, sed ex nobis non fuerunt, Et tamen hoc certum est, q[ui] Sacra menta toti

H h ij Ecclesiæ

CAPVT QVARTVM

Ecclesiæ Christi sunt signa gratiæ & salutis. De fide autem & salute accipientium quis iudicare uere potest nisi Deus? Hoc est quod ante diximus ex institutione circumcisionis, Sacraenta esse signa foederis Dei, & si credis sunt foedus ipsum, non ex se, quia ex opere operato non iustificant, quando etiam quidam ad iudicium siue condemnationem accipiunt, sed ex fide siue ex foedere credito. Non enim Abraham ex circumcisione iustificatus est, sed ex fide, annis fere uiginti ante circumcisionem, Ro. iiiij. Circumcisionem accepit signaculum iusticie fidei, quam assecutus ante fuerat in præputio.

Dicere autem Sacraenta tantum esse signa inter ipsos homines, est manifeste fassum, & est impia contra uerbum DEI doctrina, & negat plane etiam sponsa in prædicta similitudine. Qualis quoque tessera fuisset in propatulo pudendum signum circumcisionis? Siquidem Deus, in institutione circumcisionis, ne semel quidem membrum signi inter homines ipsos, sed quemadmodum munera sponsi certificant sponsam de fide & amore & perpetuo coniugio sponsi, ita inquit Deus ad Abraham. Hoc est foedus meum inter me & te & semel tuum post te &c: hoc erit signum foederis mei in carne uestra inter me & uos. Ergo uere Sacraenta sunt signa gratiæ & favoris Dei & salutis æternæ, contra nostras tentationes, quando languente fide nostra, diabolus & mendacia traditionum humanarum & aliæ aduersitates nobis uolunt persuadere aliud, nempe nos Christo sponso non esse dilectos, quemadmodum mendacia orasponsam turbare solent. Contra sponsus ipse uenit, & consolatur eam uerbis, & confirmat fidem eius dulcibus promissionibus & datis muniberibus, sicut nos Christus Euangeliō & Sacramentis,

mentis. Qui, inquit, crediderit & baptizatus fuerit sal-
uus erit. Et Paulus uocat baptismum non symbolum aut
tesseram militarem inter homines, sed lauacrum regenes-
rationis & renouationis spiritus sancti. Et Christus de
coena sua ait, Accipite, edite, bibite, clare ostendens se il-
lis dare suum corpus & sanguinem in Sacramento qui
edunt & bibunt. Vnde longe aliud fecit AntiChristiania
Missatio & calicis prohibitio, sed ipsa uiderit, non est hoc
quod Christus instituit. Et addit Christus, Pro uobis da-
tur, pro uobis effunditur in remissionem peccatorum. Vi-
des itaque & in ecclena Domini signum foederis & foedus
ipsum gratiae & remissionem peccatorum, si credis pro-
missioni que dicit, Pro uobis. Nam si non credis remissio-
nem peccatorum per solum Christum, contemptor uel
hypocrita, sumis Sacramentum ad tui condemnationem.

Quod si indigne sumens sumit ad sui condemnatio-
nem, ad quid sumet qui digne, id est, in fide & fiducia re-
missionis peccatorum per solum CHR Istum sumit? Certe, non ad nihil, sed ad salutem æternam. Est enim
hoc Sacramentum signum salutis æternæ, quo abutuntur
indigne sumentes, & simul est ipsa salus æterna & pactum
æternum, quo nullus abutiri potest, nam solus credens ac-
cipit hoc pactum. De qua fide potius quam de Sacra-
mento externo multa dicit Christus Iohanna. vi. teste etiam Au-
gustino, qui tamē in hoc nō est perpetuo sui similis. Nam
in Aphrica etiam infantibus tradidit corpus & sanguis
nem Domini, sicut & ante eum Cyprianus & alij, & scri-
bit libro ij. de peccatorum meritis & remissione peccato-
rum cap. xxiiij. non posse illis infantibus esse salutem aut
uitam æternam sine hoc sacramento. Id quod & nostri
Bohemii ex Augustini Doctrina & uerbis senserunt &

Hh iij fecerunt,

CAPVT QVARTVM

fecerunt, Vbi est hic in infantibus probatio, de qua Paulus dicit, Probet seipsum homo & sic edat & bibat etc. Sed de his nunc non disporto.

De fide hac loquitur Paulus in coena Domini, Probet seipsum homo &c. id est, uideat num sit fidelis, hoc est, uere credat remissionem peccatorum per solam Christi mortem et sanguinem, quantumcumque sit peccator, & quamuis adhuc infirma fide labore, resipiscens tamen a peccatis & erroribus suis. Sic Paulus sua ipsius uerba exponit. ij. Cor. xij. Vos ipsos tentate num sitis in fide, uos ipsos probate, an non cognoscitis uos ipsos, qd Iesus Christus in uobis est? Quis posset nobis ipso Paulo clarius exponere Pauli uerbum? Dicat mihi aliquis quid alioqui significaret, probare seipsum. Nostri, ex hoc dicto Pauli, fecerunt carnisficiam conscientiarum, & deterruerunt homines a salvatori Christi conuiuio & coena iucundissima, iubentes non accedere nisi purgatiissimos, qui confessi fuissent omnia peccata, respicientes non in seipso quales essent coram Deo, sed in opera satisfactoria & meritoria, in ieunia, in indulgentias &c. quasi uero talia probare sit probare se ipsum. Omnia alia probant, seipso non probant, soliciti quo ueniant aut quid ualeant ipsorum bona, ut uocant, opera, non quo ipsi ueniant aut quid ipsi ualeant coram Deo. Et utinam uel illa ipsa opera ex uerbo Dei & ratione fidei Christianæ probarent, certissimum deprehenderet idolatriam esse talibus fidere ad remissionem peccatorum, nihil magis obesse huic salutari conuiuio, in quo opera & beneficia Dei accipimus gratis, nihil damus. Homo coram Deo aut fidelis aut infidelis est, proba teipsum ueris sis. Agnosce peccata tua, & crede tibi remitti ea propter Christum solum, ita teipsum satis bene probasti. Absit illa impietas, qua te dignificare uis ut digne hic edas & bibas, quasi

quasi Deo daturus beneficia, non ab eo accepturus, Vbi
vero probas te ipsum, ut dixi, non est stultis Monachis
& Papistis metuendum, ne non sobrius, aut sine oratio-
ne & inuocatione Dei, & reuerentia Christo debita, ac-
cedas ad coenam Dominicam, Nam illa probatio non a-
liud permittit. Et fidelis nouit quod Christus instituit,
Hoc, inquit, facite in mei commemorationem, id est, præ-
dicate, audite, canite, confitemini, gratias agite, docete a-
lios, quod Ego corpus meum tradidi pro uobis in mor-
tem, & sanguinem meum effudi in remissionem pecca-
torum uestrorum, Non itaq; Christianus imparatus ac-
cedet, si probatus a se ipso accesserit. Atq; ita durabit præ-
dicatio Euangelij per Christi hanc coenam usq; ad finem
mundi, id quod non conuenit cum Silentio quod Papi-
stæ in sua Missa faciunt. Sic enim ait Paulus. Quoties-
cunq; manducabitis panem hunc & calicem Dominib;
betis, mortem Dñi annunciate quam diu? Donec, in-
quit, ueniat, Frustra ergo AntiChristianæ factio conata
est mutare CHRISTi de Sacramento institutionem, ante
eius nouissimum aduentum, per sacrificia pro uiuis &
defunctis, Calix est nonuum testamentū, id est, pactum,
in sanguine Christi, Si nouum, ergo & æternum, secun-
dum Prophetas, quia est remissio peccatorum, quemad-
modum etiam ipsi in suo canone Missario legunt, Calix
noui & æterni testamenti. Cur ergo quod æternum Dei
testamentum est, AntiChristiani temporarium faciunt,
& auferunt Christi fidelibus? Sed hæc alias.

Mirum uero quod Papistica siue ignorantia siue
præsumptio, tres dictiones, Probet se ipsum homo, sic ob-
scurare potuerit, quemadmodum multa alia, ut nullam
ex his hactenus uidere potuerimus quid significaret.
Ant tu putas uel homines fuisse, qui ne uocabulum qui-

Hh iiiij dem ho

CAPVT QVARTVM

dem,homo,intelligere quid significaret potuerunt? Paul⁹ iubet hominem edere de pane hoc,et calicem Domini bibere,Ibi homo Antichristianis significat tantum Papisticum sacerdotem,qui abominato sacrificio uexet animas in ficto purgatorio, Nam si homo ibi etiam laicos significaret,quomodo staret ipsorum prohibitio? Quomodo non totus mundus iudicaret AntiChristos else,qui calicem Christi,a Christo discipulis,id est,Euan gelij auditoribus datum,prohibuerunt: Omnibus enim notum est,quod Paulus tantus Apostolus,plenus Spiritu sancto,vas electionis,bene intellexerit Christi institutionem de Sacramento,Sed cesso.

Ex his notum est, quod Sacra menta non tam sunt signa inter homines ipsos , quam pactum & signa gratiae inter Deum promittentem & dantem siue pacificentem & hominem accipientem, Id quod nobis maximae est consolationi , ut saepius ad consolationem nostri in memoriam reuocemus Baptismum nostrum,sæpius accedamus ad mensam Domini,& perpetuo audiamus pactum illud æternum,id est, Euangelium gloriae Christi, & meditemur in lege Domini die ac nocte. Sic & Augustinus in Psalm.x. cum de ministrorum dignitate & indignitate disputaretur,dixit, Quid te interponis? Sine me dicere, In Dominum confido, Hic duo tantum agunt, Deus dans & conscientia mea accipiens etc, In centum aureis, quos Rex per famulum siue bonum siue malum tibi dono mittit, attendis bonitatem Regis,nihil moratus qualis sit nuncius.

Contra Anabaptistas, qui damnant Baptismum parvulorum, & rebaptizant, mirum quam multa ex uerbo DEI & ex institutione Circumcisionis hic dicere possem, sed ante testatus sum me alibi copiose haec dixisse.

De Cir-

IEREMIAE. CVIII.
DE CIRCVMCISIONE SPI-
ritus, sive de circumcisione spirituali.

ANTE diximus Prophetas clamare contra circumcisos Iudæos, quod sunt incircumcisæ cordibus et auribus, id est, uerbum Dei neq; audientes neq; credentes. Quia omnia dicuntur contra populi Hypocrisim, qui uerbo & pacto DEI abiecto, id est, uera cordis iusticia quæ est per fidem, tamen confidit, quod habet Sacramenta, cæremonias a Deo institutas & cultum. Sacra menta enim supra diximus ex Roman. iiiij. else sigilla iusticiæ fidei quæ in nobis est, & signa gratiæ & foederis DEI confirmantia fidem nostram. Ideoq; nihil prosunt Hypocritis, qui opera operata inde faciunt, neq; audientes, neq; credentes uerbum DEI, hoc est, deficientes a pacto Dei, quod per Sacramenti susceptionem init nobiscum Deus. Foris nitent omnia, intus est infidelitas, præsumpta mundicies et omnis spurcicies, sicut in sepulchris de albatis uidere licet, ut ait Christus. Non igitur per Sacra menta sunt meliores quam Gentiles, ut ait Ieremias, sed deteriores, habentes iudicium, quod profitentes per Sacra menta iusticiam fidei & pactum DEI, corde non fidunt Deo, uerbum DEI haeresim dicunt, & sequuntur doctrinas Dæmoniorum. Non mirum, si postea & alijs uitios laborent, odio, inuidia, fastu, contemptu aliorum, præsumptione, auaritia, quæ omnia sunt speciosa peccata, grauiora tamen alijs turpioribus, propterea quod magis excœcant, & iusticiam sæpe sese else mentiuntur. Ex his & quæ ante diximus, satis notum est, quod Prophetæ & Apostoli DEI uocant incircumcisos corde, qui non credunt uerbo Dei, incircumcisos auribus qui ne audire quidem uerbum Dei possunt. Hinc patet etiam quæ sit

CAPVT QVARTVM

Circumcisio cordis & aurium, nempe auditus ierbi & fides, qua non pellicula aut pars carnis absciditur, sed exsultatur per hanc fidei iusticiam totum peccati corpus, ut innouari, & absctisso a nobis per Dei remissionem omni peccato, simus filii Dei. Hæc est circumcisio spiritualis in spiritu nō in litera, quam requirit Deus, nempe fides, ut olim in circumcisio, ita & nunc in baptizatis. Infideles nunquam fuerunt populus Dei, utcunq; se Hypocritæ Sacramentis, sacrificijs, cultibus, operibus coram hominibus iustificant.

Hanc spiritualem circumcisionem, cum multi ex nostris uidentur in scripturis requiri, interpretantur esse refrenationem affectuum per liberum arbitrium, & nungantur multa de uitij; & uirtutibus, his suscipiendis, taliis recidendis, siue, ut aiunt, circumcidendis. Et non uident, cum se dicere promittunt de spirituali circumcisione, se plane nihil dicere de spiritu siue de fide, sed omnia, ubi optime uidentur dicere, dicunt de Lege & de iusticia operum, putant Sacraenta tantum esse signa nostrorum operum & morum, & non potius signa uoluntatis & promissionis DEI erga nos. Non mirum, quod tales sua infidelitate & crassa ignorantia postea dicant, Aristotelem & Iustinianum eadem docere quam Christus docet, & Christum filium DEI uenisse ut perfectiores leges iusticie doceret quam Moses, De spiritu promittunt se dicere, & spiritum nihil aliud somniant quam allegoriam, autore Origene & Hieronymo, contra quem errorem scribit Augustinus in libro de litera & spiritu. Putant cum dicitur Ama Deum super omnia, posse statim praestare hominem quod dicitur aut iubetur, & non potius moneri hominem quod debet, etiam si non sit soluendo. Sic cum dicitur, Circumcidite prepucium cor-

tium cordis uestri etc, putant hominem præstare quod dicitur, Alioqui De⁹ hoc dicendo es et iniustus, et rideat hominem præstare non potentem. Sed ignorant, quemadmodum Paulus dicit, Si spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis, ita & spiritu non carne aut uoluntate carnis siue libero arbitrio nos oportere circumcidit spirituali circumcisione, ut audiamus libenter uerbum DEI & credamus ei, perq; fidem circumcisos nos esse oportere a toto peccator^e carnis corpore, ut omne peccatum, iudicium Dei, potestas Satanae, timor ex conscientia & condemnatio gehennæ a nobis auferatur, Id quod uult etiam ipse Moles, qui non solum fert legem, Circumcidite præputium cordis uestri etc, sed uidens legem neminem deducere ad perfectum, promittit etiā, Circumcidet Dominus Deus tunc cor tuum & cor servantis tui, ut diligas Dominum Deum tuum ex toto cor de tuo, & in tota anima tua, ut possis uiuere.

Sed istorum relictis nugis, qui omnib⁹ modis ignorant quid sit Spiritus, & tamen dicere uolunt de spiritu, ali circumcisione, quibus facile consentiremus, si tantum uellent dicere de allegorica aliqua aut morali circumcisione, Audiamus præter ea quæ ante diximus. Spiritum sanctum in Paulo. Col. ij. de spirituali Christianorum circumcisione loquentem. In quo, inquit, & circumcisi estis etc, Quorum hec est Summa, Pseudapostoli uolunt uos Christianos adigere ad circumcisionem, id est, ut circumcidamini, & per hanc ut sitis obligati ad omnia quæ legis sunt in conscientia uestra. Sed non opus est nobis tali circumcisione. Siquidem nos Christiani meliorem habemus circumcisionem etc, Iucundum uero fuerit hoc uidere in uerbis Pauli, Nusquam enim in sacris, tam manifestis uerbis declarata est Circumcisio spiritualis, ut hoc loco Pauli.

ii ij In quo

CAPVT QVARTVM.

In quo, inquit, id est, in Christo circumcisí estis circumcisio non manu facta &c. Si non manu sit, Ergo sine opere humano sit solum per spiritum sanctum, id est, per fidem cum creditur Euangelio. Per legem enim hoc fieri non potest. Quæ autem sit illa non humana circumcisione, subdit. Per exuitionem, inquit, corporis peccatorum carnis, circumcisione Christi. Hic non exuitur unus & alter affectus, de quibus præcipiunt qui putant se bene intelligere circumcisionem spiritualem. Etiam si nominent omnes affectus, tamen nihil efficiunt, uolentes, ut Paulus Timotheo scribit, esse legis doctores, nescientes de quibus affirmant. Non uident se legem docere & carnis uires philosophico more, et tamen audent spiritualem uocare circumcisionem. In hoc errore sub Papa fuimus omnes, ex quo nemo resipiscere potest ad Euangelium gloriae DEI, nisi cui Deus dederit. Paulus autem hic ait nos Christianos habere circumcisionem Christi, quæ fit non opere & studio nostro sed sine manibus. Est autem exuítio, non pelliculae præputij, sed corporis peccatorum carnis, id est, exuimus totum corpus peccatorum quæ sunt in carne nostra, in peccatis concepta & nata & ad omne malum prona, unde nobis certa est damnatio. Exuimus uero, non nostris uiribus & operib⁹, ut somniant, sed per hoc quod per misericordiam propter Christum, Deus nullum peccatum, ut cunq; adhuc, quod in nobis est, simus peccatores, imputat nobis. Hæc non imputatio, quæ est gratia, non nostra merita aut satisfactiones, facit ut exutum sit nobis totum corpus peccatorum carnis nostræ, & spiritum sanctum habeamus. Quia est circumcision Christi, non quam ignorantes fingunt, sed quæ fit sine manib⁹, remisso propter Christum peccato. Ergo tu doces homines, ut circumcidant affectus, uana uerba, opera inmunda. Cur non doces te ipsum?

psum? Cur ipse hæc non prætas? Nihil doces nisi circumcisio quæ sit manibus, id est, tentatur quidem opere nostro, non tamen sit, id quod & optimi Philosophi experti sunt qui etiam talia docuerunt. Latus est nobis hic campus ad dicendum multa, ut uides, sed perga-
mus audire Paulum.

Consepulti, inquit, simul cum Christo per Baptismum, in quo etiam resurrexisti, per fidem operationis DEI, qui excitauit illum ex mortuis. Quæ mala, quæ peccata, quos affectus, & ut ad Pseudapostolos loquar, quam pelliculam vultis nobis Christianis circumcidere, postquam dato Baptismo non requirit Deus posthac signum circumcisionis? Baptizamur in CHRISTum, cum quo morimur, sepelimur & resurgimus noui homines, filij DEI, absq; peccato, heredes regni & uitæ æternæ. Circumcisio nunc nihil est. In Christo, in quem Baptizamur, habes omnia, quemadmodum in eodem loco Paulus dicit. Hæc lege Roman. vi. Et ne audias nostros negotiores, qui docere uolunt spiritualem circumcisionem sine spiritu, addit Paulus qui fiat ista spiritualis, id est, non manuum nostrarum siue uirium, sed Spiritus sancti circumcisione. Per fidem, inquit, operationis Dei, id est, quam fidem sua efficacia operatur Deus in nobis summum Dei donum, qui excitauit Iesum a mortuis, lege hoc expressius Ephe. i. uidelicet, quam ardua res & maximum Dei in nobis opus sit quod credimus, nempe non minus opus quam illud fuit, quod excitauit Dominum nostrum a mortuis, & statuit eum ad dexteram suam super omnia, ut omnia in omnibus adimpleat. In quo, ut hic ait Paulus, sumus completi, id est, cum Christum habemus, nihil aliud requirendum est nobis ad iusticiam & salutem. Eodem pertinent quæ sequuntur. Et uos cum es-

It iii setis mor-

CAPVT QVARTVM

¶ etis mortui delictis & præputio carnis uestræ, id est, tie
re coram Deo incircumcisí, habentes peccata atq; adeo
corpus peccatorum carnis, nihilq; aliud existentes quam
caro, id est, homines absq; spiritu, in ignorantia D E I, ui
uiscavit uos simul cum C HR Isto, condonans nobis
omnia peccata, & delens (audis circumcisionem spiri
tus) chirographum nobis per decreta D EI, id est, per le
gem aduersarium. Hoc chirographum est conscientia
nostra, qua tanquam proprio chirographo a nobis scri
pto conuincimur esse damnati peccatores reuelato per
decreta, id est, per legem peccato, tantum abest ut lex uel
legis opera iustificant,

Hoc chirographum sustulit C HRistus nobis e me
dio, ex conscientijs nostris, affigens illud cruci, ubi effu
dit sanguinem suum in remissionem peccatorum nostro
rum. Nec solum uicit mortem & peccatum cum Diabo
lo, sed etiam (ne aliam circumcisionem aut iusticiam que
ras) triumphauit. O foelix nimium, qui spiritualibus o
culis, id est, fide uidere potest, ut hic Paulus, C HRistum
triumphantem, id est, expoliatis principatibus & potes
tatis, palam, id est, coram Angelis & oculis fidelium
ostentantem & traducentem principem huius mundi
cum peccato & morte, ablata legis Tyrannide, quæ non
potuit aliud quam iuste damnare transgressores, atq; id
facientem non per nostras uires aut iusticiam nostram
qui sumus peccatores damnati, quid enim nos essemus
ad principatus & potestates & sed, ut ait Paulus, per se
metipsum. Ipsi enim Christi & solius est haec uictoria
& triumphus. Alioqui nullus uincere potest, ne minimū
quidem peccatum, sed omnes homines a peccato uincun
tur. Qui autem hoc uidere potest, intelligit quid nam sit
quod C HRistus dicit, Confidite, ego uici mundum, &
quid

quid uelint psalmi, Dixit Dominus &c. Deus iudicium tuum &c. Domine Dominus noster &c. & illud. Ascendens Christus in altum captiuam duxit captiuitatem, & illud Esa. Iugum oneris eius &c. ut non solum sis liber a peccato et inferis, sed etiam ita liber ne metuas quidē hanc aduersariam potestatem & uitam & triumphatam. Prostulerit hic proponere adolescentibus & rudi uulgo imaginem triumphorum, quales a senatu saepe decreti sunt Romæ superbis uictoribus bene meritis de repub. romana.

Nos hic finem facimus postquam satis fecimus promissis. De circumcisione enim primum tractauimus quae siebat in carne, non tamen erat carnalis, quia erat signum gratiae & pactum Dei in spiritu, id est, fide, propter promissionem DEI adiectam, sicut et de nostris Sacramentis diximus, deinde de circumcisione spirituali, qua De⁹ ipse per fidem suo spiritu nos circumcidit, quam Paulus Col. ij. claris uerbis exprimit & describit, quae tamen non nisi a spiritualibus intelliguntur. Alij suis ineptijs & nurgis putant se tractare de circumcisione spirituali, cum tamen ex eis nihil spiritus audis, sed tantum moralia uel ex philosophia uel ex lege de iuribus nostris. Citant magno fastu & sapientia Aristotelem & alios, qui nihil norunt de uoluntate DEI erga nos. Quasi tunc magna sapientia sit nosse quod etiam rustici nostri nouerunt, modo homines sunt, quod oportet iuste uiuere, non facere alijs iniuriam &c. in hoc solo inferiores illis, q̄ Aristotelem et leges citare non possunt.

ANNVNCIATE TVNC. Tunc, ironia.

addidi, id est, quando ueniet calamitas, ut intelligas quid uelit propheta, Est enim amara Ironia & Sarcasmus.

Ii iiiij Quando

CAP VT QVARTVM

Quando ueniet Leo, id est, Babylonius rex cum exercitu suo contra uos, tunc tentate omnia frustra, ut uos defensatis, Ibi uos contemptores uerbi DEI uicissim a DEO contemnemini, In illa necessitate omnia nihil erunt, in quibus infidelitas confidebat, contemptu Deo & prophetis eius. De leone, id est, Babylonio rege supra dictum est. c. ij. Quare autem predo & uastator gentium dicitur, ex historia & ex ipso Ieremia postea disces. Nam non solum Iudeos uastauit &c.

Sacculus.
Cilicum.

vis Deum
mutum, habe-
bis Deum sur-
dum.

INDVITE VOS SACCIS. Hec erant signa luctus & poenitentiae, ut in psal. Ego cum mis hi molesti erant in duebar cilicio siue sacco. Matthaei. xi. In cinere & cilicio egissent poenitentiam, ut Niniuitæ &c.

IN DIE ILLA. &c. Regnum & politia, sacerdotium & prophetia siue doctrina, sunt optima dona Dei in terris, & plane regnum Satanæ est ubi hæc auferuntur, His enim ablatis Prophetæ solent quod reliquum est in ciuitatibus uocare habitationem draconum, struthionum, ulularum, satyrorum &c. ut Isa. xxxiiij. Verum hic Ieremias significat Regem, principes, sacerdotes & Prophetas, id est, Doctores & Prædicatores, esse nunc contemptores uerbi Dei, impios, confidentes, feroce, qui in calamitate desperabunt, Nam qui uolunt habere Deum mutum, inuenient in calamitate sua Deum surdum, Id est, qui nolunt audire Deum loquentem, id est, DEI uerbum, in temptatione sua inuenient Deum non exaudiensem. Supra modum effrenes & superbi sunt contemptores Dei extra temptationem, in temptatione despondent animum & pereunt, psal. Clamauerunt, nec erat aliquis qui saluos faceret, ad Dominum, nec exaudiuit eos.

Valde

VALDE frustrari &c. Vetus interpres dixit, Ergo ne decepisti populum hunc Domine &c. intelligens hoc loco illam insignem sententiam quæ alibi roris est. legitur, q̄ Deus ipse mittit efficaciam erroris ihs qui non credunt ueritati. ij. Tessa. ij. & tradit in reprobum sensum Rom. i. Decipit eos iusto suo iudicio qui ueritatem auersantur, decipit, inquam, per pseudoprophetas & alios falsos doctores, ut iusto Dei iudicio incidat in malum. Eze. xiiij. Propheta cum errauerit, & locutus fuerit uerbum, Ego Dominus decepi prophetam illum &c. quemadmodum & historia habet in fine tertij Regum. Itaq; hic intellegunt Deum decepisse & dixisse de pace & prosperitate populi per pseudoprophetas, cum non crederent bonis & sanctis prophetis uerbo DEI comminantibus & ad poenitentiam salutarem prouocantibus, Verum hic est simplex sententia q̄ decepti sunt per illos, qui contra uoces sanctorum prophetarum & Ieremiac promittebant pacem & omnia bona populo.

Vsq; ad animam, id est, uitam nobis auferendam, Sic & in psal. Intrauerunt aquæ usq; ad animam meam, id est, ita submergor persecutionibus, ut mihi pereundum sit, nisi tu Deus me salues uel liberes.

AD filiam populi mei, id est, ad populum filia populi meum conterendum, uel ad Ierusalem subuertendam, Significat tempestatem exercitus Babylonici, Id quod sic dicit, Non ad uentilandum et purgandum scilicet frumenta, sed ad auferendum homines. Ascendit scilicet in montana nostra, ut nubes obrutura nos pessimo diluendo, & currus eius, apparatus bellicus quasi tempestas breuit nos perditura.

CAPVT QVARTVM LAVA ERGO.

Iterum prædicat pœnitentiam, ut non amplius sequantur falsam doctrinam, & promittit liberationem. Impoenitentibus autem comminatur ut ante, dicens, Vox uenit a Dan &c. Dan est iuxta libanum in finibus Iudeæ ad aquilonem, cui succedit terra Ephraim, per quam ex Babylone uenturus Ierusalem prædictitur exercitus Babylonicus. Custodes dixit Ironice, pro destructoribus.

QVIA AD IRACVNDIAM.

Hæc est causa futuri mali hanc culpam sequetur pœna. Nunc ante malorum sensum non uis hæc credere sed potius maliciam & infidelitatem tuam defendere.

QVAM DOLEO. Vox est Prophetæ, pro populo pereunte dolentis, uel etiam Dei vox, more humano de se loquentis, cum non uult mortem peccatoris Eze. xviiiij.

Ad uerbum

Dei non sumus sapientes

SAPIENTES SVNT.

In alijs sumus sapientes, etiam ad faciendum ea quæ Deus prohibet, Doctrinas humanas & cultus fictos, falsasq; religiones, religiose suscipimus & defendimus, ad uerbum autem DEI (quod creditum est uera & summa sapientia) sumus obstinati, Discere nolumus ut agnoscamus & faciamus uoluntatem DEI, quæ est uera stulticia atq; adeo insania nostra, Vnde canit Psalmus, Dixit insipiens in corde suo, Non est Deus, uel Deus nihil est etc, Ephe. iiij. Eramus sine Deo in hoc mundo, quia eramus sine DEI uerbo, In uerbo suo Deus possidetur in hoc mundo. Si uerbum DEI contemnis, contemnis Deum, & stultissimus es quod interim fingis te esse religiosum DEI cultorem per opera nescio quæ, quemadmodum Christus dicit

IEREMIAE.

CXIII.

dicit ex Esaia. Frustra colunt me docentes doctrinas &
mandata hominum.

ASPEXI. Vastitatem futuram tragicē de- Tenebre &
tempestas.
scribit, Quod autem dicit, nullam etiam lucem futuram,
non tam Hyperbole est, ut sentiunt quidam, quam sim-
plex oratio sine figura, si respicias in mentes et conscienc-
tias impiorum, quando ruunt subito in insperatum inte-
ritum. Ut nunc taceam quod alioqui Hebrei lucem pro-
speritatem, tenebras infoelicitatem dicunt. Impijs ubi
subito incident in iudicium Dei, ne lux quidem solis est
lux, sed statim inuoluntur tenebris desperationis, non
habentes spem in precibus fidei, sicut pīj habent spem in
tentatione uel tenebris suis. Vide quæ dico in hoc loco,
Iudeis, inquit, non erit lumen cœli, quia pereunt, Inter-
rim quis dubitat lumen cœli habuisse Babylonios uicto-
res? Sic Esaïe. xiiij. negatur Babylonis lux solis & lunæ,
quia ubi pereunt, uidentur illis omnia esse tenebræ, præ
terroris & doloris magnitudine, Interim tamen Mædi
& Persæ uictores lumen habent, Hoc admoneo, Quia
uidebis quosdam interpretes qui hæc non attenderunt,
statim in talibus locis, absq; iudicio, omnia, uel allegorijs
ineptis confundere, uel de extremo mundi die interpre-
tari, quando signa præcedent in sole, & luna & stellis, se-
cundum uaticinium Christi, Hæc etiam dixi cap. ij.

Quod autem dicit, etiam omne uolatile sub cœlo
auergetur etc, si Hyperbolæ dixeris non refragor, quan-
quam hoc etiam sine Hyperbole intelligatur. Nam ubi
tumultus tanti exercitus selet, ut locustæ, infuderit in ali- Aues fugiunt.
quam regionem, non mirum, si trepidum uolatilium ge-
nus, ipsum strepitum & populi multitudinem fugiens,
Kk ij auolet,

CAP VT QVARTVM.

attolet, quando etiam arbores in nemoribus exciduntur ad ignem & ad machinas bellicas & ad alios necessarios usus, quando & uolucres & feræ faculis petuntur etc, Graphice ergo & Poetice uoluit Propheta describere Iudaicæ terræ uastitatem futuram per Babylonium exercitum.

SED T A M E N

consumationem scilicet huius populi non faciam, id est, non faciam ut hic populus in totum pereat, sed seruabo multos in captiuitate Babylonica, quos postea huc reducam, Obscure his uerbis de eo loquitur, quod populus Iuda post septuaginta annos reducendus est in terram suam, De quo alibi hic Propheta clarius dicet. Ita Deus in ira misericordiae recordabitur, quemadmodum Abacuc in cantico cecinit. Sed hæc alias.

L V G E B I T T E R R A, M O E R E bunt cœli. Vbi? In sensu afflitorum, ut ante dictum est.

IN DENSAS. Sic & Christus prædicit de nouissima Iudæorum captiuitate, Tunc dicent montibus, cadite super nos, & collibus, operite nos.

QVID TVNC. Iesabel frustra se sti-

Simulata pœnitentia. bio pinxit, Nam e cœnaculo proiecta lacerata est a canibus, iiiij. Reg. ix. Indicat Propheta Hypocritas, quod in principio huius capitüs diximus, frustra in necessitate sua confugere ad sua sacrificia, suum illum DEI cultum, sua bona opera, fictas religiones, execrata sacra, quando simulant pœnitentiam, ut Esau amissis primogenitis suis, ut supra dictum est ex Psalm. Clamauerunt nec erat qui saluos facheret, ad Dominum, nec axaudiuit eos.

Amato

IEREMIAE:

CXIII:

AMATORES uocat gentes, quorum ex Non ceden^{do}
 ecrata sacra Iudæi suscepereunt, ut placerent eis, contra dum aduersarij
 Deum & legem eius, quemadmodum Achas Rex Iuda rius Euangelij
 impie placuit Aſſyrio. iij. Reg. xvi. Adultera quamuis ſpe pacis. Deo
 obsequatur adultero, tamen poſtea contemnitur ab eo, us curabit
 Nouit enim eam eſſe impudentem & foedifragam mea.
 retricem, Contra, Adulter cogitur reuereri honestatem
 illius foeminæ, que ipsi turpe obsequium negauit, Ita, Tu
 ne cede malis, ſed contra audentior ito, Qui perſeuera-
 uerit uig in finem, ſaluuis erit, Nihil cede aduersarij a-
 ueritate Euangelij uel timore uel cupiditate uel etiam
 ſpe pacis, & Dominus ita erit tecum, ut uel ipſi metuant
 hanc tuam in CHRISTo constantiam, & alijs exemplo ſis
 ad ueritatem accedendi, Alioqui etiam ipſi te ridebunt
 & contemnent ſi contra Deum & conſcientiam tuam
 ipſis fueris obſecutus. Illi non poſſunt niſi corpus per-
 dere, & tum ſolum cum bona erga nos Patris uoluntas
 uoluerit. Tu uero time Deum, qui ubi occiderit corpus,
 animam potest mittere in gehennam ignis, Lucæ. xij.

Habes exemplum hodie Christianorum, quos per
 contemptum uocant Lutheranos, quali nouam ſectam,
 His Deus hactenus dedit constantiam, ut niſil cederent
 in omnibus Principum imperij comitijs de ueritate E-
 uangelij et syncero uisu coenæ Dominicæ, quamuis mul-
 tum uergerentur, & quamuis ipſi, in primis Saxonum
 Principes et alij, niſil imagis amarent quam pacem, quam
 erga Cæſarem ſecundum Deum obedientiam & fidem
 debitam, quam amicitiam omnium. Vnde effectum eſt
 per Deum, ut Euangelium CHRISTi propagatum ſit ad
 multos. Sit nomen Domini benedictum in ſæcula etc,
 Si hominibus placet, ait Paulus, CHRISTi ſeruus non

Kk iij elſem,

CAPVT QVARTVM

essem,& illi ipsi quibus placere cupio,postea me perdes-
derent,irridentes quod non habeamus Deum cui audies-
amus fidere, quia ueritatem, quam maxime ex uerbo
DEI probauimus,deserimus. Hoc est quod hic additur,
Contemnent te, & quærrent animam tuam,id est, quæ-
rent te,non ut ament,sed ut occidant.

Dolores pri-
mum parturi-
entis.

VOCEM ENIM. Dolores & gestus
mulierꝝ primum parientis,quæ nondum dolores partus
experta est,describit. Quo significatur maximā populi
angustiam futuram.

VEH MIHI.Deficit Propheta dicendo,
propter dolorem & terrorem, quia præuidet multos ex
populo misere occidendos & perituros per Babylonis-
um exercitum,

CAPVT QVINTVM.



CRVTAMINI in plateis
Ierusalem,& considerate & quæ-
rite in uicis eius , num inueniatis
uirum facientem iudicium,et que-
rentem fidem,et propicius ero ci-
uitati. Quod si etiam dixerint, Vi-
uit Dominus,& hoc falso iurabunt.

Domine,oculi tui respiciuntfidem. Tu per-
cutis eos & non dolent,atteris eos et nolunt cimen-
dari,duriores petris fecerunt facies suas,nolunt
reuerti.

Ego autem dixi.Forsitan isti pauperes stulti
sunt

MV IE REMIAE: CXV:
sunt, ignorantes uiam Domini, iudicium Dei sui.
Ibo igitur ad optimates & loquar eis, Ipsi enim
cognoscunt uiam Domini, iudicium Dei sui. Ve-
rum ipsis simul omnes confregerant iugum, rupe-
rant funes.

Iccirco lacerabit eos Leo ex sylua, Lupus ex
solitudine uastabit eos, Pardus insidiabitur ciuita-
tibus eorum. Omnes qui inde egressus fuerit uo-
rabit. Quia multiplicatae sunt iniuriae eorum,
qui obdurati sunt in inobedientia sua, Qui quæso
tibi propicius essem? Filii tui derelinquent me, et
iurant per eum qui non est Deus. Postquam satu-
raui eos, moechantur, & in domo meretricis con-
gregantur. Vnusquisq; hinnit ad vxorem proxi-
mi sui, ut equi saginati singulo mane, Ego scilicet
propter haec non uisitarem eos, dicit Dominus, et
contra talem populum non ulcisceretur animæ
meæ?

Ascendite muros eius & dissipate, Consum-
mationem autem nolite facere, Abducite propagi-
nes eius, quia non sunt Domini, sed contemnunt
me & domus Israel, & domus Iuda, dicit Domi-
nus, Negant Dominum & dicunt. Istud non est
Ipse, neq; hoc malum ueniet super nos. Gladium
& famem non uidebimus, Prophetæ in uentum
loquuntur, non habent uerbum Dei, ipsis talia e-
ueniant.

Kk iiiij

Ideo

1770
CAPVT QVINTVM

Ideo hæc dicit Dominus Deus Zebaoth,
Quia dicitis talia, ecce Ego facio uerba mea ut sint
ignis in ore tuo, & populum hunc ut sit ligna, &
ignis uoret ipsos.

Ecce, o domus Israel, Ego adducam super
uos gentem de longinquo, dicit Dominus, gen-
tem robustam, quæ prima gens fuit, gentem cuius
ignoras linguam nec intelligis quid loquatur, Pha-
retra eius est apertum sepulchrum, omnes sunt gi-
gantes, Segetes tuas & panem tuum comedent, fi-
lios tuos & filias tuas deuorabunt, Oves tuas &
boues absument, uitem tuam & ficalneam tuam
edent, vrbes tuas munitas quibus confidis conte-
rent gladio, Veruntamen in diebus illis, ait Domi-
nus, non faciam uos consummationem. Si uero
dixerint, Quare facit nobis Dominus Deus nos-
ter hæc omnia, dices ad eos. Sicut derelinquitis
me, & seruitis dijs alienis in terra uestra, ita serui-
tis alienis in terra non uestra.

Hæc annunciate domui Iacob, & prædica-
te in Iuda, dicentes, Audite nunc istud popule stu-
te, cui non est cor, qui habent oculos & non ui-
dent, aures habent & non audiunt, Me ergo non
timebitis, ait Dominus, & a facie mea non con-
tremiscetis? Qui pono arenam terminum mari,

præcep-

IEREMIAE. CXVI.

præceptum sempiternum quod non præteribit, commouebitur quidem, sed non præualebit, intumescent quidem fluctus eius, sed non transgredientur. Athuic populo est cor incredulum & in obediens, recedunt & abire pergun. Non dicunt in corde suo, Metuamus Dominum Deum nostrum, qui dat nobis pluuiam priorem & posteriorem commodo tempore, & conseruat nobis annuam messem fideliter, Verum iniuitates uestræ ista præpediunt, & peccata uestra auertunt ista bona a uobis.

Inueniuntur enim in populo meo impij, insidiantes hominibus, & laqueos ponentes ad capiendum eos, quemadmodum aucupes suo aucupio faciunt, Domus eorum replete sunt dolis, sicut cauea plena est auiculis allicientibus, Inde potentes fiunt & diuites, pingues & nitidi. Student malis artibus, Causam nullam disjudicant, Non agunt causam pupilli, & prosperei sunt, neq; iudicant pauperi, Ego scilicet propter hæc non uisitarem, dicit Dominus, & contra talem populū non ulcisceretur anima mea ~ Stupenda & horrenda fiunt in terra, Prophetæ docent mendacium, Sacerdotes dominantur in officio suo, & populus meus diligit talia. Quid tandem fiet uobis ~

L1 Hoc

CAPVT QVINTVM

Poena quadrat?

Hoc capite, iusta damnationis impiorum causa exs
primitur, nempe, ut ante sepe diximus, quod contemnunt
Deum in uerbo suo, & suam idolatriam defendunt, ut cul
tum Dei, non uulgas solum, sed etiam & multo magis
principes & rectores populi, cum sacerdotibus & prophe
tis, qui capita sunt iniquitatis. Cū uulgas accusatur, nemo
iudicat tantam impietatem esse in uiris sapientibus, poten
tibus, honestis et sanctulis. Sed hi sunt cœci et duces cœco
rum, ut simul in foueam omnes cadant.

Propter pau
cos iustos, qui
orant, uult
parcere Deus
multitudini.

Nota est historia Gen. xviiij. q̄ Deus uult parcere
Sodomis propter decem iustos, ita hic uult parcere Ieroso
lymis & Regno Iuda, si aliqui ibi iusti inueniantur, quem
admodum propter unum Ioseph benefecit toti Aegypto,
ut & perpetuo benefacit multis impijs, donando fruges,
pacem &c. propter preces piorum. His uerbis propheta
insignem impietatem significat in illo populo, q̄ non lice
bat illic inuenire uel aliquem iustum, qui timeret Deum
& ficeret iusticiam. Quid enim sanum maneret sub fallis
doctoribus & fictis cultibus? Doctores seducunt, Prin
cipes seducuntur, & simul sua tyrannide impias doctrinas
defendunt &c.

FACIENTE IVDICIVM ET

Facere iudicium, quærerentem fidem. Ista duo coniunguntur. Facere iudicium. Quærere fidem, id est, quod iustum est secundum uerbum DEI, est
fidem siue ueritatem fructus & declaratio boni hominis. Quærere autem fi
dem siue ueritatem (utrumq; enim hic transferri potest,) est ipse bonus & internus homo coram Deo, Nam Deus
qui est cordium cognitor, fidem respicit, ex qua opera &
externi fructus sunt boni & accepti Deo. Hypocrisia au
tem operum & magnifica uerba nihil moratur Deus, eti
amsi homines dixerint, Vixit Dominus, Quia sine fide
impossibile

I E R E M I A E .

C X V I I .

impossibile est placere Deo, De hac forma iuramenti, &
quid significet, lege supra, ca. iiiij.

T V P E R C V T I S E O S . Grauiter Ne castigat

accusat eos impenitentiae, & pertinaciæ q[uod] ut rebelles quidem.
filii, ne castigati quidem & plagiis afflitti resipiscunt. Sic &
Esa. ix. Populus non est reuersus ad percutientem se.

C O N F R E G E R A N T I V G V M .

quemadmodum indomiti boues & equi, non sustinent a ^{Iugum cotta} fringunt.
Deo regi per uerbum, C H R I S T U S , Tollite iugum meum
super uos &c. Iere. in threnis, Bonum est uiro cum por-
tauerit iugum ab adolescentia &c.

L E O , id est, Babilonius Rex, qui & lupus
& pardus dicitur, quia lacerabit eos ut oves.

P O S T Q V A M saturauit eos . Meis,

ait Dominus, beneficijs uiuunt, & alijs dijs seruiunt in-
gratia id est
gratissimi mihi, Sic et Moses in cantico In crassatus, est dis-
lectus & recalcitrauit, incrassatus, impinguatus, dilatatus,
dereliquit Deum suum, & recessit a Deo salutari suo &c.

Quamvis uero impia doctrina et species sanctitatis,
turpidinem corporis uel manifestam uel occultam so-
leat habere annexam, ut idolatræ & ficte religiosi, id est,
qui absq[ue] uerbo Dei & contra uerbum Dei multos D E I
cultus fingunt, laborent scortatione, adulterijs & alijs hor-
rendis immundicijs, quemadmodum nostri qui spiritua-
les sese uocant, quæ sunt horrenda peccata, propter quæ
uenit ira Dei in filios incredulitatis. Ephe. v. Tamen spi-
ritualem hic licet intelligere moechiam, ut ante, qua ar-
denter quiduis potius amplectimur quam Dei uerbum,
in domo meretricis, non in domo Dei, moechantur, id est,

L I jj audiuunt

CAPVT QVINTVM:

audiunt insanas doctrinas, & obseruant cultus alienos,
Vnusquisq; hinnit ad uxorem proximi sui, id est, cuius-
cunq; hominis doctrinam potius suscipiunt & amant quam
doctrinam Dei, Alienus cultus neq; uictum corporis ne-
q; pacatam conscientiam dat, Deus dat utrumq;, & per il-
lud beneficium uult nos ad hoc perducere &c.

ASCENDITE MVROS. Apo-
strophe est, ad hostes, id est, ad Babylonios siue Chal-
daeos.

CONSVMMATIONEM AVTEM.

Superiori ca. Sed tamen consummationem non faciam
&c. infra hic. Veruntamen in diebus illis, ait Dominus,
non faciam uos consummationem, Eadem est sententia.

PRO PAGINES, id est, palmites, &
significant populum, lege Ioha. xv. Omnem palmitem in
me non ferentem fructum &c.

DOMVS ISRAEL, sunt decem tribus,
quae tunc erant abductae in Assyrios, ut dictum est, c. ij.

NEGANT DOMINVM. Habes hic
manifestum textum, q; Dominus negatur quando nega-
tur eis uerbum, quia ut superiori c. diximus, Deus in uer-
bo suo possidetur a nobis in hoc mundo, Sine D E O es,
quando non habes Dei uerbum, Istud, inquiunt, scilicet
quod prædicat Ieremias & prophetæ alij, non est Ipse
Dominus, sed est Diabolus, ut impij Germani hodie di-
cunt, hoc non est Euangelium, hoc non est Christus, quod
nunc prædicatur, sed est Diabolus, Es ist der Teuffel,
prophetæ siue prædicatores loquuntur uana & haereses,
non habent oracula Dei, Ita blasphemant impij. Hoc uere
est negare

Negant Do-
minum.
Istud non est
Ipse.

IEREMIAE.

CXVIII;

est negare Deum & Christum eius. Ipsis talia eveniant,
id est, quae prædicunt mala nobis uentura, eveniant super
ipsos Prophetas &c.

ECCE EGO FACIO. Verbis tuis o

Ieremias nolunt saluari, debent ergo tuis uerbis condemnari & incidere in Dei iudicium, quemadmodum Deus
Esaiæ dicit, Esa. vi. Excoeca cor populi huius, & aures eius
aggraua, & oculos eius claude &c. Prædicatores uerbo
potestatem habent ligandi incredulos, & soluendi credentes, ut est in Euangeliō, Grauius damnatur qui uerbum contempserunt quam qui uerbum non habuerunt,
Matth. xi. Veh tibi Chorazin, ueh tibi Bethsaida, quia si
in Tyro & Sidone talia facta fuissent, &c. & habent hanc
sententiam, Qui non crediderit condemnabitur.

QVÆ PRIMA GENS FVIT. prima gens a

Quia post diluvium coeperunt Chaldae in terra Sen-diluvio.
naar, ubi est Babel siue Babylon, Gen. x. & xi.

Cuius ignoras linguam, Miserrimum est sustine Ignoras linea
re tyrannos cum quibus loqui non licet, quos nullis præ guam.
cibus flectere potes, Fortitudinem & seuitiam Babylo-
niorum minatur impijs uenturam.

SIC V T D E R E L I N Q V I tis me.

Non uultis seruire DEO ut fuscipatis uerbum eius qui
dat uobis omnia, seruietis alienis, id est, crudelibus Ba-
bylonijs qui omnia uobis auferent & uitam:

A V D I T E. Sicut verbo DEI credere

est summa & uera sapientia, ita summa stulticia & uera Non uultis ser
insania ipsaq; impietas uerbo DEI credere nolle. Qui uire Deo bene
pono arenam etc, Omnes creaturæ obediunt DEO, ut fico.
in Psalm. canitur. Præceptum posuit & non præteribit,
Obedit & mare alioqui insolentissimum. Homo autem

L 1 iij contemnit

CAPVT QVINTVM

contemnit præceptum & uerbum Dei sui, Mirum quanta foeditas, quanta ignorantia & cœcitas, quanta impietas, quam horrendum & infinitum malum sit peccatum Originale, quod omnes homines, post Adæ lapsum sunt cœci, & contemptores DEI etiam tunc, quando Deus offert eis suum uerbum & beneficia, De hoc dixi supra, capit. iij.

Peccata cœcitas

Prophetæ quærela siue lamentatio est, quod Deus punit nos cœcitate, propter præcedentem contemnitum, ut nihil moueamur neq; promissis, neq; comminationibus Dei, neq; etiam plagiis & damnis acceptis, Esa. Ixij. Indurasti cor nostrum ne timeremus te. Impij Prophetæ & Principes querunt sua commoda contra uerbum Dei dolo, astutia, vi, neq; sana doctrina curatur neq; politica iusticia,

Pluviæ tempora ranea & Serotina.

PLUVIAM PRIOREM ET posteriorem, ausus sum ponere, ut consulam Lectori, In Hebræo est, quemadmodum transferunt, pluviam temporaneam & serotinam, sed multi intelligunt pluviam temporaneam matutinam, id est, quæ mane ex oriente die cadit, serotinam, quæ in serum diei uel appetente nocte cadit, quasi quotidie sit expectanda pluvia, quid hoc pertinet ad rationem frugum? cum potius pluviæ tempore in Mose & Prophetis significet illam pluviæ am quæ no tempore uenit quando arandi sunt agri, & quando iacta sunt semina, & serotina pluviæ quæ uenit cum iam fruges accedunt ad maturitatem appetente messe, Nisi has pluviæ a DEO acceperimus, actum est de frugibus, Ut igitur hoc significarem, dixi pluviam priorem & pluviam posteriorem, pro pluviæ tempora nea & serotina.

Inueniuntur

INVENIVNT VR. Sua commoda,^{Sua querunt}

diuitias, uoluptates querunt per fas & nefas, Ius autem negligunt, cuius ipsi deberent esse executores, Psalm. liij. Die ac nocte circumdabit eam iniq[ue]itas siue iniuria & dolus, & labor in medio eius & iniusticia, Et non defecit de plateis eius usura & dolus.

SACERDOTES DOMINAN=^{psalm. xij.}

tur in officio suo. Id est, Non docent uerbum DEI, nec agnoscent se esse ministros Dei, sed abutuntur officio ad suam ambitionem, & docent non quod debent, sed quod pro imperio libet, dum & tyranni facti sunt ex ministris. Quemadmodum & postea erant Principes sacerdotum, Scribae & Pharisæi, quos Esa, iij. non pastores sed dominatores uocat. Quid aliud hodie sunt apud nos Papistici Episcopi & sacerdotes cum suis theologis monachis? Sed populus amat tales seductiones, secundum illud DEI iudicium, ij. Tels. ij. Mittet illis Deus efficacem errorem etc, Nam ueritatem siue fidem amare non possunt ad salutem.

CAPVT SEXTVM.



Ongregamini uos filij Benjamin ex Ierusalem, & super speculam Thekoa clangite buccina, & super speculam BethCherem leuate uexillum. Quia malum uidetur ab Aquilone uenire & calamitas magna, Filia Zion est ut amoenum & iucundum pratum. Sed pastores uenient ad eam cum gregibus suis